



**De corporis Christi omnipræsentia sive Ubiquitate,  
Theologorum quorundam Germanorum sententia in novo  
ipsorum Doctrinæ Christianæ Corpore comprehensa. :**

<https://hdl.handle.net/1874/424837>

*D E*  
CORPORIS CHRISTI  
OMNIPRÆSENTIA SIVE  
Ubiquitate, Theologorum quorundam  
Germanorum sententia in novo ipso-  
rum Doctrinæ Christianæ Corpore con-  
prehensa.

*Cum eiusdem modesta & Christiana refu-  
tatione.*

Capita tractationum huius libelli se-  
quente pagina explicantur.



*1. CORINTH. 14.*

Prophetæ deo aut tres loquantur, & alij diuident:  
Quod si quid alij patefactum fuerit assidenti, prior  
raveat. Potestis enim omnes prophetare.

M. D. LXXVIII.

CAPITA TRACTATIO-  
num huius libelli.

- I Tractatus de persona Christi, ex noui illius Corporis doctrina epitoma excerptus.
- II Consilium eorundem Theologorum de ratione au-  
toritatis illi scripto in Germanicis Ecclesiis  
extra Synodum conciliande.
- III Hesbusy ad D. Martinum Chemnizium his de-  
rebus Epistola.
- IV Theses doctri cuiusdam virti, & quamvis Papista  
tamen de Hypostatica unione recte sentien-  
tis: Quibus carnis Christi omni presentia si-  
ne Ubiquitas solidè ex Verbo Dei & Parti-  
bus confutatur. Antea tum Wittembergae tum  
alibi editæ.
- V Animaduersiones in nouum illud Doctrinæ Cor-  
pus à doctis & pīs quibusdam Theologi  
scriptæ.



TRACTATVS DE PER-  
SONA CHRISTI EX COR-  
PORE Doctrinae, quod vocant Repetitionem seu  
Expositionem unanimē, claram & postre-  
mam aliquot articulorum Confessionis Au-  
gustanae, qui inter Theologos controuertun-  
tur, &c. desumptus: Et ex Germanico in La-  
tinum sermonem versus.

**A**C T A etiam est controuer-  
sia inter Theologos Augustanae  
confessionis de Persona Chri-  
sti: quæ tamen non inter ipsos  
primum cœpit: sed initium à Sacramenta-  
riis sumpsit. Nam euicta à Luthero contra  
Sacramentarios vera & substantiali præsen-  
tia corporis & sanguinis Christi in Cœna fir-  
missimo fundamēto ex verbis institutionis:  
objectū ei fuit à Cinglianis: Si corpus Chri-  
sti semel & simul in cœlo & in terra in Cœ-  
na adficit: non posse illud verè humanum cor-  
pus esse. Talem enim Maiestatem soli Deo  
propriam esse: cuius corpus Christi non sit

A.ij.

capax. Huic obiectioni cùm D. Lutherus contradiceret & fortiter eam confutaret: sicut ipsius Apologetica & Agonistica scripta de Cœna Domini commōstrāt: quæ nos manifestè perinde atque alia didascalica amplectimur: post obitum ipsius quidam Augustinæ confessionis Theologi, licet pedem a pertè & expressè in castris Sacramentariorum de Cœna Domini figere noluerint: eadem fundamenta de persona Christi, quibus Sacramentarij veram & substantialē præsentiam corporis & sanguinis Christi ex sua Cœna tollere conati sunt, in crebro vñu habuerūt: quòd scilicet humanæ naturæ in Christo non attribui debeant eā quæ sunt iu pra & contra ipsius naturæ essentiales proprietates. Insuper doctrinā Lutheri, omnes que eos, qui illam ut verbo Dei respondentem sequuntur, in simulatione omnium penè veterum prodigiosarum hæretium operarunt.

Ad hanc controversiam dextrè ex verbo Dei secundum analogiam simplicis nostræ fidei declarandā, & Deo fauente oīo tollendam, est hęc nostra vñanimis fides, doctrina & cōfessio, ut sequitur. Nos credimus, doceimus & cōfitemur, quanuis filij Dei alia, distincta, perfectè diuina persona, atq. ita ve-

rus  
ii. A

DE PERS. CHRISTI.

3

rus, essentialis, perfectus Deus cum Patre & Spiritu sancto ab aeterno fuit: eum tamen expleto tempore humanam etiam naturam in unitatem suae personae assumpsisse: non quod duae sint personae vel duo Christi: sed quod Jesus Christus nunc in una persona simul verus eternus Deus sit, a Patre ab aeterno genitus: & verus homo ex benedicta virginie Maria natus, ut scriptum est Rom. 9. Ex quibus Christus venit secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in secula.

Nos credimus, docemus, & confitemur, in illa una inseparabili persona Christi esse duas distinctas naturas, diuinam, quae fuit ab aeterno: & humanam, quae in tempore humilationis a Filio Dei assumpta est. Quae duae nature in persona Christi neque separantur, neque inter se confunduntur: neque altera in alteram transmutatur: sed quilibet suam naturam & essentiam in persona Christi in aeternum retinet.

Nos credimus, docemus & confitemur etiam, sicut illae duae naturae in suis naturis & essentiis inconfusae & inextinctae manent: quod ita quilibet suas naturales & essentiales proprietates retineat: & in omnem aeternitatem a se non deponat: neque unius naturae essentiales proprietates, alterius natu-

A.ij.

ræ essentiales proprietates vñquam fiant.  
 Ita credimus, docemus & cōfitemur nos:  
 omnipotentem, æternum, infinitum, vbiue  
 simul esse naturaliter (hoc est, secundum pro  
 prietatem naturæ & naturalis essentiæ, per  
 se præsentem vbiue esse) omnia scire, essen  
 tiales proprietates esse diuinæ naturæ, quæ  
 nunquam humanæ nature essentiales pro  
 prietates in omnem æternitatem fiant. Et  
 contraria: Corporalem creaturam vel naturam  
 esse, carnem & sanguinem esse, finitū & cir  
 cunscriptum esse, pati, mori, aſcendere &  
 descendere, de loco ad locum ſe mouere, eſu  
 rire, fitire, frigus & æstum pati, &c. esse pro  
 prietates humanæ nature, quæ diuinæ natu  
 ræ proprietates nunquam fiant.

Nos credimus, docemus, & confitemur e  
 tiam iam post incarnationem non vñqua  
 que naturam in Christo per ſe ita conſiſte  
 re, vt quælibet ſit persona, vel personam ef  
 ficiat: ſed ita vnitas eſſe, vt vnam conſtituat  
 personam, in qua ſimul personaliter eſt &  
 conſiftit tam diuina quam auſumpta huma  
 na natura: Et ſicut ſine ſua Deitate, ita etiam  
 ſine ſua humanitate personam Christi aut fi  
 lii Dei incarnati, nō totam eſſe. Hinc Chri  
 ſtus non duę diſtinctę ſed vna persona eſt:  
 Christiani duę diſtinctę naturę in ſuis naturali  
 bus

bus substantiis & proprietatibus inconfusè  
in ipsa inueniuntur.

Nos creditrus, docemus, & confitemur  
etiam assumptam humanā naturam in Chri-  
sto non tantum suas naturales & essentiales  
proprietates habere & retinere: sed præter has  
propter personalem vniōnem cum Deitate:  
& deinde propter glorificationem, esse ad  
dextram Maiestatis, virtutis & potentiæ suæ  
per omne q[uod] nominari potest, non tantū in  
haec, sed etiam in futura vita, exaltatam.

Quantum ad hanc Maiestatem attinet,  
ad quam Christus secundum suam humani-  
tatem exaltatus est: non accepit illam pri-  
mùm post resurrectionem à mortuis, & a-  
scensionem ad cælos: sed cùm in utero ma-  
triæ suæ conciperetur, & homo fieret: atque  
diuina & humana natura simul personaliter  
vniirētur. Quæ personalis vnio non tamen i-  
ta intelligenda est, sicut quidam eam sinistrè  
accipiunt: quasi due illæ nature diuina & hu-  
mana simul adunatae sint, sicut duo afferes  
conglutinati: vt ipse realiter, hoc est, re & fa-  
cto nullam prorsus inter se communionem  
habent. Nam hic error & heresis Nestorij  
& Samosateni fuit: qui, vt Suidas & Theodo-  
rus Presbyter Rhetesis testantur, docuerūt,  
duo φύσει ἀνοίγωντες ὡρούς οὐαὶς παντάπαιον

hoc est, naturas duas omnimodo incomunicabiles esse: qua locutione naturę inter se diuelluntur, & duo Christi fiunt: vt aliis sit Christus, & aliis sit Deus <sup>205</sup> in Christo habitans. Sic enim scribit Theodorus Presbyter: Paulus quidā, iisdem quibus Manes temporibus, Samosatenus quidem ortu, sed Antiochię Syrię Antistes, Dominum impiè dixit nudum fuisse hominē, in quo Deus Verbum, sicut & in singulis Prophetis habitauit: ac proinde duas naturas separatas & citra omnem prorsus inter se communionem in Christo esse, quasi aliis sit Christus, aliis Deus Verbum in ipso habitans. Contra hanc damnatam heresim sancta Ecclesia semper simpliciter credidit: Diuinam & Humanam naturam in persona Christi ita vnitas esse, ut realem communionem inter se habeant: qua naturę non in unam substantiam, sed vt D. Lutherus scribit, in unam personam miscentur: Ideo propter illam personalem unionem & communionem Orthodoxi veteris Ecclesię se penumero ante & post conciliū Chalcedonense vocabulū Mixtionis in bono sensu & discrimine usurpatunt: sicut possent: quę etiam sepe in nostrorum scriptis obuiam veniunt. Et personalis unio atque

que communio similitudine animę & corpo  
ris, item ferri carentis explicatur. Nam cor  
pus & anima, sicut etiam ferrū & ignis non  
per phrasin aut modum loquendi, aut verba  
liter, sed verè & realiter communionē inter  
se habent: neque tamen aliqua confusio fit,  
aut exequatio naturarum, quemadmodum  
quando ex melle & aqua fit mulsum: quod  
amplius non discretum mel aut aqua est, sed  
commixtus potus: vbi humanę cum diui-  
na natura vnionis in persona Christi longè  
alia ratio est. Multo enim maior communio  
& ineffabilis vnio est inter diuinam & hu-  
manam naturam in persona Christi propter  
quam vnionem & communionem Deus est  
homo, & Homo est deus. qua tamen neque  
naturę neque harum proprietates commi-  
scuntur: sed quilibet natura retinet suā el-  
sentiam & essentiales proprietates.

Propter hāc personalē vnionē (quę absq.  
illa reali cōmunicatione naturarū nec cogi-  
tari nec esse potest) nō nuda humana natura  
pro totius mūdi peccatis passa est: cuius pro-  
prietas est pati & mori: sed ipse filius Dei rea-  
liter, sed tamē secundū assumptā humanam  
naturā passus est: & est (vt habet cōstās & sim-  
plex Fides nostra) verè mortuus, etiā si diuina  
natura neq. pati neque mori potest: sicut D.

Lutherus hoc in sua magna confessione de Cœna Domini contra impiā Allœofin Cinglij, qua docuit naturā alterā pro altera debere sumi: quæ cœn ipsius diaboli doctrina in abyssum inferni damnatur, declarauit.

Quare etiam veteres, vtrunq. verbum *γεωρίας & ἔρωτος* in expositione huius mysterij coniunxerunt & alterū per alterū exposuerunt. Irenæus lib. 4. cap. 3. Athanasius in epistola ad Epictetum. Hilarius de Trinitate li. 9. Basilius & Nisstenus in Theodoret. Damascenus lib. 3. cap. 19.

Propter hanc personalem vniōne & communicationē diuinæ & humanæ naturæ in Christo, credimus, docemus & confitemur nos iuxta simplicē nostram fidē, quicquid de Maiestate Christi secundū humanitatē suam ad dexteram omnipotentis virtutis Dei, & quæ inde consequuntur, dicitur: quæ omnia nihil essent, neq. consistere possent, nisi hæc personalis vnio & cōmunicatio naturarum in persona Christi realiter constaret.

Propter hanc personale vniōne & cōmunicationem naturarū, Maria virgo benedicta non merū hominē, sed talem hominē qui realiter est Filius Dei altissimi, peperit: vt Angelus testatur: quod suam etiam diuinā maiestatem in utero matris patefacit, cū ex vir-

gine

gine illæsa virginitate natus est. Ideoque ipsa realiter Dei genitrix est, virgo tamen incorrupta.

Per eam ipsam etiam omnia sua miracula operatus est: & hanc suam diuinam maiestatem pro suo beneplacito quando & quomodo voluit, & non primum post suam resurrectionem & ascensionem sed etiam in statu humiliationis suæ manifestauit: vt in nuptiis Canæ Galileæ: Item cum 12. annos natus esset inter docentes: Itē cùm in horo uno verbo suos hostes ad terram prosterneret: similiter in morte, vbi nō simpliciter, sicut aliis homo mortuus est: sed cùm & in morte peccatum, mortem, Diabolum, infernum & æternam damnationem deuicit: quæ humana natura sola nunquam præstare potuisse, si non cum diuina natura personaliter unita fuisset, & communionē habuisset.

Hinc facta etiam est humanæ naturæ exaltatio post resurrectionem à mortuis super omnes creaturas in cælo & in terra: quæ nihil est aliud, quam quod Christus formam serui in uniuersum depositit, non depositata men humana natura, sed in æternum servata atque in plenam possessionem & usurpationem diuinæ Maiestatis collocata: quam Maiestatem tamen in sua conceptione & in

vtero matris habuit: verum, vt Apostolus te  
statur, εξενερωτε, hoc est vt D. Lutherus ex-  
plicat, in statu sue humiliationis clam serua-  
uit, & non semper sed quando voluit, vfor-  
pauit. Iam vero postquam non simpliciter  
sicut alius quispiam sanctus in cælum, sed vt  
Apostolus attestatur, super omnes cælos cō-  
scendit, etiam vere omnia implet, & vbiq. non  
tantum vt Deus, sed etiam vt Homo præsens  
regit a mari ad mare, & usque ad finem mun-  
di, vt Prophetæ sunt vaticinati & Apostoli  
testati, quod ubique cum ipsis operatus sit &  
ipsorum verba confirmauerit per subsequen-  
tia signa. *Psal. 8. & 93. Zach. 9. Rom. 15.*

Neque tamen hoc terreno aliquo modo  
factum est, sed vt D. Lutherus exponit, ra-  
tione dexteræ diuinæ, quæ nullus certus lo-  
cus est in cælo, quemadmodum Sacramen-  
tarij sine fundamento sacrarum literarum  
dicunt: Sed est nihil aliud quam omnipo-  
tentis virtus Dei, quæ cælum & terram im-  
plet: in qua Christus secundum suam Huma-  
nitatem realiter sine confusione & ex-  
equatione naturarum in sua substantia & sub-  
stantialibus proprietatibus collocatus est:  
ex qua communicata virtute, vt sonant  
verba Testamenti, ipse suo corpore & san-  
guine in sacra Cœna realiter præsens esse po-  
test

test, & est, quod aliás nulli hominī possibile  
est: quoniam nullus homo hoc modo cum  
diuina natura vnitus est, & in eam diuinam  
omnipotentem Maiestatem & virtutem  
Dei per & in personali vnione diuarum na-  
turarum in Christo collocatus, sicut Iesu si-  
lius Mariae, in quo diuina & humana natura  
personaliter simul vnitæ suut, ita vt in Chri-  
sto omnis Deitatis plenitudo corporaliter  
habitet. Colos. 2. Et in hac personali vnione  
eiusmodi ineffabilem communionem ha-  
bet, quam etiam ipsi Angeli mirantur, obstu-  
pescunt, & in ea spectanda, vt S. Petrus testa-  
tur, voluptatem & latitudinem capiunt: sicut  
hæc omnia suo loco fusiis à nobis decla-  
rabuntur.

Ex hoc fundamento, quemadmodum est  
iam indicatum, & vnio personalis declarat,  
hoc est quo modo diuina & humana natura  
in persona Christi simul vnitæ sint, vt non  
solum nomina communia, sed etiam reali-  
ter inter se & sine omni permixtione earum  
in sua substantia communionem habeant:  
oritur etiam doctrina de communicatione  
idiomaticum, hoc est de reali communione  
propriatum naturarum, de quā deinceps  
copiosius dicitur.

Quia enim vērum est illud quod propriū

non egrediatur sua subiecta, hoc est, quod quælibet natura suas essentiales proprietates retineat, & eas à natura non separet, atque in alteram naturam, sicut aqua ex aliquo vase in aliud transfundatur: non posset aliqua communicatio proprietatum esse; nec consistere, si personalis vnio & communio naturalium in persona Christi non realis esset: quod iuxta articulum sancte Trinitatis longè maximum mysterium in celo & in terra est, sicut Paulus ait, ὅμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ μῆνις τὸ σεβεῖας μυστήριον, Θεὸς ἐφενεργόθη ἐν σαρκὶ 1. Tim. 3. Nam quia Apostolus Petrus claris verbis testatur, etiam nos in quibus Christus ex gratia habitat propter hoc summum mysterium in Christo participes fieri diuinę naturę, quam communionem diuinę naturę hanc esse oportet, de qua Apostolus loquitur, quod in Christo omnis plenitudo Deitatis corporaliter habitet: ita ut Deus & homo vna persona sit.

Sed quia permultum refert, ut doctrina de communicatione Idiomatiū iusto discrimine tractetur & explicetur (propositiones enim aut predicationes non habent omnes unam eandemque naturam: & quando promiscue sine discrimine de iis dicitur, confunditur ipsa doctrina: & simplex lector facile perturbatur) sequens tractatus diligenter ob-

seruari debet: qui melioris & simplicioris intelligentię gratia non incommodè in tria capita diuidi potest.

I Cùm in Christo duæ distinctę naturę in suis naturalibus substantiis & proprietatib. saluę & inconfusę sint & maneant:duarum autem naturarum vna tātūm persona sit, id quod proprium est vnius personę, non natu- rae tantū tanquani separatę sed toti per- sonae, quae simul Deus & homo est (nomine- tur siue Deus siue Homo) attribuitur. Sed in hoc genere loquendi nō sequitur: quicquid personae attribuitur, vt id ipsum simul utriusque naturae proprium sit: sed distincte de- claratur, secundum quam naturam vnum- quodque personae attribuatur. Ita filius Dei natus est ex semine Davidis secundum car- nem Röm. 1. Item, Christus occisus est secun- dum carnem: & passus est in vel secundum carnem 1. Pet. 2. & 4.

Quia autem sub verbis illis, quibus dici- tur (toti personae tribuitur quod vni naturę proprium est) clandestini & manifesti Sacra- mentarij suum turpissimum errorem occul- tant (cùm totam quidē personā dieunt, sed tamē tantū iudē alteram naturā subintelli- gunt, alterāmque prorsus excludunt: quasi nuda humana natura pro nobis esset passa:

quemadmodum D. Lütherus in sua magna confessione de Cœna Domini de Cinglij Aliaeosi scripsit) ipsius D. Lutheri verba hic possumus, quod Ecclesia Dei cōtra talem errorē etiam atque etiam præmuniatur. Verba eius ita sonant. *Hoc vocat Cinglius Allæosi quando aliquid de Deitate dicitur, quod tamen humanitati competit: aut contrā: ut Luc. 24, An Christū nō oportebat pati, & sic intrare in gloriam suam? Hic somniat ille, Christum sumi pro humana natura. Causa, causae inquam tibi ab Allæosi ista: est enim Diaboli larva: & talem facit Christum, secundū quem nolim ego esse Christianus: videt. quod Christus in posterū nihil amplius sit nec faciat suā passione & vita, quām aliis simplici homo sanctus. Nam si hoc credo, quod tantum humana natura pro me passa est, tum est mihi ille Christus vīlis saluator: & opus est ipsi salutare. In summa dici non potest, quid Diabolus sua Allæosi querat. Et paulo post: Si vetula illa venefica domina ratio Allæoscos auia dixerit: At qui Deitas nō potest pati nec mori. Respondebis, Hoc verum est, sed quia Deitas & Humanitas est una persona in Christo, propter talem personalē unionem scriptura tribuit etiam Divinitati omnia quā Humanitati eveniunt, & contrā: Et ita se reuera habet. Nam hoc fatendum est, Personā Christus patitur, moritur: hac per-  
sona*

sona est verus Deus: Ideo recte dicitur, Filius Dei patitur. Nam etiā si una pars (ut sic dicam) ut Diuinitas non patitur, patitur tamen ea persona, quae est Deus in altera parte, ut in Humanitate. Nam realiter est Filius Dei pro nobis crucifixus, hoc est illa persona quae Deus est: nam ipsa, ipsa inquam persona est crucifixus secundum humanitatem. Et iterū paulo post. Quod si Alia fides vera est, quemadmodum Cinglius eam proponit, tum Christum oportebit duplicem esse personam, diuinam unam, & humanam unam: quandoquidem dicta de passione tantum ad humanam naturam referit, & prorsus à Deitate abstrahit. Nam quando actiones diuiduntur & separantur, tum etiam persona separabitur: quia omnes actiones sive passiones non naturae sed personae attribuuntur. Persona enim est, quae omnina facit & patitur: hoc quidem secundum hanc naturam, illud vero secundum aliam naturam. Sicuti hac omnia homines docti norunt. Ideoq. credimus Dominum nostrum Iesum Christum Deum & hominem in una persona, non confundentes naturas, nec diuidentes personam.

Tom. 7. Viteb. f. 530.

Item D. Lutherus de cōciliis & Ecclesiis. Nos Christianos scire oportet, nisi Deus ipse una fuerit in lance & pondus dederit, tum feremur nos cum nostra lance in profundum: hoc sic puto: ni

B.j.

dicatur, Deus est pro nobis mortuus, sed tantum homo, periremus. Quando autem Dei mors vel Deus mortuus in lance iacet, tum ille in profundum defertur, & nos sursum efferimur tanquam lanx facilis & inanis. Potest autem ille etiam interum sursum eleuari, vel sua lance exilire non vero potest in lance sedere, nisi nobis similis homo factus: ut dici possit: Deus mortuus, Deus passus: Dei sanguis, Dei mors: Deus enim in sua natura non potest mori. Sed quando Deus & homo unitus est in unam personam, recte dicitur, Dei mors. Homo enim ille moritur, qui cum Deo unum sit in una persona est. Hactenus Lutherus.

Hinc manifestum est, non recte dici, quando dicitur vel scribitur, illas locutiones Deus est passus, Deus est mortuus, esse tantum prædicationes verbales, hoc est esse tantum nuda verba & non realia. Nostra enim simplex fides demonstrat, Filium Dei fuisse incarnatum, pro nobis passum & mortuum; & suo sanguine nos redemisse.

Secundo quod attinet ad consummationem officij Christi, agit & operatur persona nihil in, cum, per & secundum alterutram naturam solam, sed in secundum, cum & per utramque naturam: vel sicut concilium Chalcedonense loquitur: Una natura operatur

tur communicatione alicuius, quod est cuiusque proprium. Ita Christus est noster Mediator, Redemptor, Rex, Sacerdos, Caput, Pastor, &c. non secundū alterutram naturā tantum siue ea sit diuina siue humana, sed secundum utrumque naturam: sicut hæc doctrina alibi uberiorius tractatur.

Tertio est adhuc longè aliud, quando de eo interrogatur, dicitur aut agitur: an naturæ in personali unione in Christo nihil magis quam tantum suas naturales & essentiales proprietates habeant. (nam quod eas habent & retineant supra est affirmatum.) Quod ad diuinam in Christo naturam attinet, quia apud Patrem nulla est mutatio Iac. 1. Deo siue naturæ per incarnationem in essentia sua & proprietatibus nihil nec accelerat nec decelerat: Est in & per se, illa incarnatione, neque minor neq. maior facta. Quod autem attinet ad humanam assumptam naturam in persona Christi, contendere quidem voluerunt aliqui, quod ea etiam in personali cum Deitate unione aliud & amplius nihil habet quam tantum suas naturales & essentiales proprietates, secundum quas suis fratribus per omnia similis sit: & quod propterea humanæ naturæ in Christo non debent nec possint ascribi, quæ sunt contra

vel supra naturales suas proprietates, etiam si scripturæ testimonia ita sonent. Sed hanc opinionem falsam esse & iniustum, est ex verbis Dei tam clarum, ut etiam illorum contribules iam istum errorum reprehēdant & reuociant. Sacra enim scriptura, & veteres ex sacra scriptura recte testantur, quod humana natura in Christo (ideo & inde, quia cum diuina natura in Christo personaliter est unita, & deposita serui forma & humiliacione est glorificata atque ad dexteram Majestatis & virtutis Dei exaltata) iuxta & supra suas naturales & essentiales manentes proprietates, etiam alias immensas, supernaturales, imperscrutabiles, inenarrabiles, celestes prærogatiwas in Majestate, Sanctitate, Virtute & Potentia super omne nomen non tantum in hoc sed etiam in futuro mundo, acciperit: ut ita humana natura in Christo ad actiones officij Christi suo modo una adhibeat, & suam etiam efficaciam, hoc est virtutem & operationem habeat: non tantum ex & secundum suas essentiales proprietates, aut dūntaxat quantum facultas patitur, sed præcipue ex & secundum Majestatem, gloriam, virtutem & potentiam, quam ipsa personali unione, glorificatione & exaltatione accepit. Et hoc non possunt etiam aduer-

aduersarij negare: tantum disputant & certant esse dona creata, aut finitas qualitates, sicut in sanctis, quibus humana natura in Christo donata est & ornata. Et suis cogitationibus propriisque argumentationib. vel rationibus metiri & computare volūt, quid humana natura in Christo absque sui destructione capere vel non capere possit aut debeat. Verum optima, certissima, & tutissima via in hac cōtrouersia est hęc, vid. Quod ea quae Christus secūdum suam assumptam naturam humanam personali vniōne, glorificatione aut exaltatione accepit, & quę sua essentia humana natura supra naturales proprietates absque illarum destructione capere potest: Ea inquam, nemo melius & certius scire possit quam ipse Christus. Is autē ea quae nobis in hac vita sunt scitu necessaria in suo verbo manifestauit. De quibus igitur in hoc casu certa testimonia habemus, ea simpliciter debemus credere & nullomodo contra disputare, quasi possit humana natura in Christo eius non capax esse. Est quidem hoc certum & verum, quod de creatis donis humanae naturae in Christo datis & communicatis, quod ea illa per se habeat, dicitur: sed illa adhuc non attingunt Maiestatem, quam Scriptura & veteres ex

scriptura assumptæ humanæ naturæ in Christo attribuunt. Viuificare enim, omne iudicium & omnem potestatem habere in celo & in terra, omnia in suis manibus habere, omnia suis pedibus subiecta tenere, à peccatis mundare, non sunt creata dona, sed diuinæ infinitæ proprietates, quæ tamen iuxta scripturas homini Christo datæ & communicatæ sunt. Ioh. 5. 6. Matth. 28. Dan. 7. Ioh. 3. & 13. Matth. 11. Eph. 1. Heb. 2. 1. Cor. 15. Ioh. 1. Et quod hæc communicatio non per phrasin aut modum loquendi (hoc est tantum verbis) de persona, solum secundum diuinam naturam, sed secundum assumptionem humanam naturam intelligenda sit, demonstrant tria firma indissolubilia argumenta & fundamenta.

Primum est communis regula totius Orthodoxæ Ecclesiæ, quicquid sacra scriptura dicit Christum in tempore accepisse: id non secundum diuinam naturam, secundum quam ipse omnia ab æterno habuit, sed secundum humanam intelligendum esse.

Secundum, testatur sacra scriptura aperte Ioh. 5. & 6. Virtutem viuificandi, & iudicandi agendi Christo datum esse, ideo quia filius hominis est, & sicut carnem & sanguinem habet.

Ter-

Tertium, Dicit scriptura non tantum in genere de persona filij hominis; sed loquitur etiam expressè de assumpta humana natura Ioh. 1. Sanguis Christi mundat nos ab omnibus peccatis: non tantum secundum meritum, quod in cruce est semel peractum; sed Ioannes loquitur in cō loco de eo, quod nos in actu iustificationis nō tantum diu in natura in Christo, sed etiam suus sanguis per modum efficacē mundet nos ab omnibus peccatis. Sic Ioh. 6. Est caro Christi viuificās tibus, sicut ex eo etiam consilium Ephesinū conclusit, quod caro Christi virtutem habeat viuificandi. Sicut de hoc articulo alia multa illustria testimonia veteris Orthodo-  
xe Ecclesię alibi sunt proposita.

Proinde quod Christus iuxta suam humi-  
nam naturam hęc accepit & humanę natu-  
re in Christo sint data & communicata, de-  
bemus & oportet nos secūdum scripturam  
credere. Sed, sicut supra dictum est, quia due  
ille nature in Christo ita viuit̄ sunt, vt non  
inter se commixte aut altera in alteram co-  
mutata sit; cuiuslibet etiā proprietates essen-  
tiales alterius nature proprietates nunquā  
fiant. Est hęc doctrina etiam recte declaran-  
da, & accurate contra omnes heresēs mu-  
nienda. In qua nos nihil noui ex nobis ipsis

B. iiiij.

tingimus: sed amplectimur & conseruamus declarationem, quam veteres Orthodoxi Ecclesiæ ex bono fundamento sacræ scripturæ de hac re reliquerunt, videlicet, quod diuinæ virtus, vita, potestas, Maiestas & gloria assumptæ humanæ naturæ in Christo data sunt: non ita sicut Pater filio secundum diuinam naturam suam essentiam & omnes diuinæ proprietates ab æterno communicauit. Vnde etiam unius essentiæ est cum Patre & Deo equalis. Christus enim tantum secundum diuinam naturam Patri equalis est, sed secundum assumptionem humanam naturam est infra Deum. Ex quo planum fit, nos nullam confusionem, exequationem, abolitionem naturarum in Christo facere. Præterea virtus vivificandi non ita est in carne Christi sicut in diuina natura, videlicet tanquam essentialis proprietas. Neque facta est hec communicatio per essentialiem aut naturalem aliquam transfusionem proprietatum diuinæ naturæ in humanam naturam, ita ut Christi humanitas eam per se & à diuina essentiali separata habeat: aut quasi per eam humana natura in Christo suas naturales proprietates omnino deposuerit: & iam vel in Deitatem mutata sit vel his communicatis proprietatibus in & per se equalis facta: aut

aut quod nunc vtraque natura una sit: aut  
denique eae esse esse debeat.

Hę & similes corrupteles in veteribus ap-  
probatis conciliis ex fundamento sacre scri-  
pture meritò reiecte & condemnate. Mi-  
nimè enim facienda vel admittenda est aut  
conuersio aut confusio , aut exequatio siue  
naturarum in Christo siue essentialium pro-  
prietatum. Quo pacto etiam nos voces illas  
*Realis communicatio vel realiter communicari*  
nunquam de aliqua physica cōmunicatione  
vel essentiali trāsfusione intelleximus: sicut  
quidam illas peruersè & malignè , vt puram  
doctrinam suspectam redderent , contra  
conscientiam interpretati sunt: sed tantū  
verbali cōmunicationi opposuimus, cū tales  
homines dixerunt , quod tantum phrasis &  
modus sit loquendi, quam etiam adeò vrse  
runt , vt nullam aliam communicationem  
scire voluerint. E cōtra ad maiorem maiesta-  
tis Christi declarationem , quomodo hęc  
verba(de reali cōmunicatione) usurpentur,  
sic exponere voluiimus: quod hęc communi-  
catio realiter , sine omni tamē permixtione  
naturarum & essentialium proprietatum fa-  
cta sit.

Sentimus igitur & docemus nos cum ve-

teri Orthodoxa Ecclesia, sicut ea hanc doctrinam ex Scriptura tradidit: Humanam naturam in Christo illam maiestatem accepisse ratione personalis unionis, videlicet quia tota plenitudo Deitatis in Christo habitat, non sicut in aliis sanctis hominibus aut Angelis, sed corporaliter ut in suo corpore proprio, q̄ cū omnisua maiestate, virtute, gloria, & operatione in assumpta humana natura liberrimè, quando & quomo do vult, lucet: in, cum, & per eam, suam divinam potentiam, gloriam & actionem ostendit, exercit & perficit: sicut anima in corpore, & ignis in ardente ferro facit (his enim similitudinibus, sicut superius etiam est dictum, tota vetusta Ecclesia hanc doctrinam explicauit) Hoc tempore humiliationis fuit occultatum & absconditum, sed iam deposita servi forma, fit hoc perfectè, efficaciter, & manifestè corā omnib. sanctis in cœlo & in terra: & nos etiā in illa vita hanc suam Maiestatem à facie ad faciem spectabimus. Ioan. 17.

Ita est, & manet in Christo tantum una diuina omnipotētia, virtus, maiestas, & gloria, quę tantum diuinę nature ppria est: eadē vero lucet, exercit & ostēdit se perfectè, liberē tam, in, cū, & per assumptam & exaltatā humanā naturā in Christo: sicut in cādēte ferro non duplex vis est lucendi & ardendi: sed fa-

cultas lucēdi & ardēdi est ignis p̄pria . Quia autē ignis cū ferro vnitus est, exerit & ostendit suā vim lucendi & ardendi in , cū , & per ipsum candēs ferrū: ita vt etiā ipsum candēs terrum ex tali vniōne vim habeat ardendi & lucendi sine transmutatione substantię & essentialium proprietatum ignis & ferri.

Ergo intelligimus illa testimonia scripturæ, quæ de Maiestate Christi loquuntur , ad quam humana natura est exaltata, non ita: quod illa diuina Maiestas, quæ diuinæ natūræ Filij Dei propria est, in persona filii hominis simpliciter tantum secundum suam diuinam naturam tribui debeat: aut quod illa Maiestas in humana natura Christi tantum hoc respectu esse debeat, quod sua humana natura ab illa nudum duntaxat titulum & nomē per phrasin & modum loquendi, hoc est, tantum verbis, re verò ipsa nullam prorsus communionem cum illa habeat . Hoc enim modo( quia Deus spiritualis, indivisibilis essentia, & ubique p̄fens, & in omnibus creaturis est: & in quibus est, potissimum autem in fidelibus & sanctis, habitat : ibidem suam maiestatem cum & apud se habeat ) etiam verè dici posset, in omnibus creaturis, cum & in quibus Deus est, p̄fertim autem in fidelibus & sanctis , in quibus Deus habi-

tat, omnem plenitudinem Deitatis corpora  
liter habitare, omnes thesauros sapientiae &  
scientiae absconditos esse, omnem potesta-  
tem in cœlo & in terra datam: quia ipsis  
Spiritus sanctus qui omnem potestatem ha-  
bet, datur. Quia ratione inter Christum secu-  
dum suam humanam naturam & inter alios  
sanctos homines nullum discriminem esset: &  
ita Christus sua Maiestate, quā p̄ omnibus  
aliis creaturis ut homo vel secundum suā hu-  
manam nat. accepit, spoliaretur. Nulla enim  
alia creatura neq. homo neq. Angelus dice-  
re potest, nec debet: Mihi data est omnis po-  
testas: cum tamē Deus tota plenitudine suæ  
diuinitatis, quam vbiq. secum habet, in suis  
sanctis sit: sed non corporaliter in ipsis habi-  
tat, aut personaliter cum ipsis unitus est, sicut  
in Christo. Ex hac enim personali unitione il-  
lud est, quod etiam Christus secundum suam  
humanam naturam dicit Matt. 28. Mihi da-  
ta est, &c. Item Ioh. 13. cū Christus sciret à Pa-  
tre sibi omnia in suas man⁹ tradita esse. Item  
Colos. 2. In ipso habitat tota plenitudo Dei-  
tatis corporaliter. Item Gloria & honore co-  
ronasti eum, & collocasti eum super opera  
manuum tuarū: omnia subiecisti pedib. suis:  
& q̄ subiecit illi omnia, nihil reliquit quod  
nō subiectum sit illi. Heb. 2. excepto eo, qui  
ipſi

ipſi omnia subiecit. I. Cor. 15.

Nos credimus, docemus & confitemur autem nequaquam talem effusionem Maiestatis Dei & omnium illarum proprietatum in humanam naturam Christi, qua diuina natura minor fiat: aut aliquid de suo alteri tradat, quod non per se seruet: aut quod humana natura in sua substantia aequalē maiestatem acceperit à natura & essentia filij separatam & distinctam, sicut quando ex uno vase in aliud aqua, vinum aut oleum transfunditur. Humana enim natura, sicut etiam nulla alia creatura neque in cœlo neque in terra tali ratione omnipotentiæ Dei non capax est, ut per se omnipotēs essentia fiat, vel omnipotentiæ proprietates in & per se habeat: qua certè humana natura in Christo negaretur, in Deitatēmque omnino transmutaretur: quod nostrae fidei, & omniū Prophetarum Apostolorūmque doctrinæ repugnat.

Sed nos credimus, docemus & confitemur, Deum Patrem Filio suo Christo secundum assumptam naturam Spiritum S. ita dedisse (ideo enim quoque Messias, hoc est, unius appellatur) ut non ad mensurā, sicut reliqui sancti, illa dona acceperit. In Christo enim secundum assumptam humanam natu-

ram (quia secundum diuinam naturam cum  
S. sancto una est essentia) requiescit Spiritus  
sapientiae & scientiae, consilij, roboris, & co-  
gnitionis: non sic ut inde tanquam homo  
quædam tantum sciat & possit, sicut alij san-  
cti diuino Spiritu, qui tantum creata dona  
in ipsis operatur, sciunt & possunt. Sed quia  
Christus secundum Deitatem secunda per-  
sona est S. Trinitatis: ab eo, sicut etiam à Pa-  
tre, Spiritus sanctus procedit: & ita suus &  
Patris proprius spiritus est & manet in æter-  
num à Filio Dei inseparabilis: Christo secun-  
dum carnem, quæ cum filio Dei personali-  
ter unita est, tota plenitudo Spiritus (ut Pa-  
tres aiunt) illa personali vnione communi-  
cata est: quæ se liberè omni virtute in ea, per-  
eam, & cum ea ostendit & exercit: ut non tâ-  
tum quedam sciat & quedam nesciat: quedam  
possit & quedam non possit: sed sciat & possit  
omnia: in quem Pater sine mensura Spiritu  
sapientiae & virtutis effudit, ut tanquam ho-  
mo per illam personalem vnionem omnem  
scientiam, omninem potestatem re ipsa & fa-  
cto acceperit. & ita omnes thesauri sapien-  
tiae in ipso sint reconditi. Ita ei omnis pote-  
stas est data, & collocatus est ad dexterā Ma-  
iestatis & virtutis Dei. Et ex historiis scimus,  
tempore Imperatoris Valentis inter Aria-  
nos

nos aliam sectam fuisse, quę dicta fuit Agnōtarum: propterea quòd finixerunt filium Patris λόγον quidem omnia scire, sed suam asumptam naturam multarum rerum esse ignorantem, contra quos etiā Gregorius magnus scripsit.

Propter hanc personalem vnionem, & quæ inde consequitur, communicationem, quam diuina & humana natura in persona Christi realiter inuicē habent, Christo secundum carnem attribuitur, quòd caro ipsius secundum naturam & essentiam per se non sit, & q̄ extra hanc vnionem Christus habere non possit, vt ipsius caro verè viuificans cibis, & sanguis verè viuificans potus sit, sicut illi 200 Patres concilij Ephesini testati sunt, Carnem Christi esse viuificam, seu viuificantem. Vnde etiam hic homo solus, & alias nullus homo neq. in cœlo neque in terra dicere potest: Vbi duo vel tres in nomine meo congregati sunt sum in medio illorum. Item Semper tum vobiscum usque ad consummationē seculi. Quæ testimonia nos etiam non sic accipimus: quasi apud nos infideli congregatione tantum Deitas Christi presentis sit: & talis presentia ad Christum secundum suam humanitatem nihil omnino attineat. Quo pacto etiam Petrus, Paulus, &

omnes sancti in celo, quādo Deitas vbiue  
existens in ipsis habitat, etiam apud nos in  
terrīs essent. Quod tamen tantum de Chri-  
sto & de nullo alio homine sacra Scriptura  
affirmat. Verūm nos credimus, his verbis,  
Maiestatem Christi declarari, quam Chri-  
stus secundum suam humanitatem in dextera  
Maiestatis & virtutis Dei accepit. quòd ip-  
se scilicet etiam secundum & cum illa sua al-  
sumpta humana natura p̄fens esse potest,  
& etiam est, ubi vult. imprimis verò in sua  
Ecclesia in terris tanquam mediator, capit,  
rex & summus sacerdos, non ex dimidio tā-  
tum, sed tota persona Christi, ad quam per-  
tinent due naturę, diuinę & humana, adsit,  
non tantum secundum Deitatem, sed etiam  
secundum & cum humanitate, secundum  
quam frater noster est, & nos caro sumus de  
carne eius, & os de ossibus eius, sicut ad con-  
firmationem & consiguationem huius rei  
suam sacram Cœnam instituit: quòd etiam  
secundum eam naturam, secundum quam  
carnem & sanguinem habet, apud nos esse,  
in nobis habitare, operari & efficax esse velit.

*Tom. Viteb. 2. ger. fol. 191.*

In hoc solidum fundamentum D. Luthe-  
rus beatę memoriae etiam de Maiestate scri-  
psit, secundum suam humanam naturam.  
In

In magna enim cōfessione de persona Christi ita scribit de Cœna: Cum autem talis homo est Christus, qui supernaturaliter cum Deo una persona est, & extra hunc hominem nullus Deus est: necesse est sequi, ut etiam sit secundum tertium modum supernaturalem & esse possit ubique ubi Deus est, & omnia per totum plena sint Christi etiam secundum humanitatem, non iuxta primum comprehensibilem modum, sed secundum supernaturalem diuinum modum. Hic enim cogitis dicere & fateri: Christus secundum Deitatem ubi ubi est, ibi naturalis diuina persona: & est quoque naturalis & personalis ibidem: sicut hoc demonstrat conceptio eius in utero matris. Si enim debebat esse filius Dei, conueniebat eum naturaliter & personaliter in utero matris esse & hominem fieri. Si est naturalis & personalis ubiunque est, necesse est ut ibi etiam homo sit: non enim sunt duas distinctæ personæ, sed una persona est, ubiunque ea est, ibi est una inseparabilis persona. Et ubi dicere potes, Hic est Deus: cogitis etiam dicere ibi Christus homo quoque est. Et si quem locum ostenderis, ubi Deus sit & non homo, tum persona est separata. Si igitur vere dicere possem, Hic est Deus qui non est homo neque unquam homo est factus, talem Deum ego non recipe rem. Hinc enim sequeretur quod spaciū & locus duas illas naturas separare & personā distrahe.

rent, cum tam nonne mors neque omnes diabolus illas possint separare, neque diuellere: debet enim tantum unus Christus manere, qui non in pluribus quam in uno loco simul & diuina & humana persona esset: & in omnibus aliis locis operaretur ipsum tantum nudum separatum Deum, & diuinam personam esse sine humilitate. Num mi homo, quo mihi Christum ponis, ibi & humilitatem mihi ponas necesse est: non sinunt se separari & sciungi: est una persona facta: neque unquam separatur diuina ab humana.

Tom. 5. Viteb. ger. 545.

In libello de ultimis verbis Davidis, quem D. Lutherus paulo ante mortem suam scripsit, ait ipse in hunc modum: Secundum alteram temporalem nativitatem, est ei quoque aeterna Deipotestas data, tamen temporaliter & non ab aeterno. Humanitas enim Christi non fuit ab aeterno, sicut Deus, sed (ut numeratur & scribitur) Iesus Mariae filius est hoc anno natus annos M. D. XLIII. A momento autem illo, quo Deitas & humanitas unitae sunt in unam personam est & vocatur homo Mariae filius, omnipotens & aeternus Deus, qui aeternam potentiam habet, & omniam creavit & adhuc sustentat per communionem idiomatum. Ideo quod cum Deitate una persona & etiam verus Deus est. De eo loquitur Matt. vlt. Mihi data est omnis potestas, &c. Matt.

Matt. II. Omnia mihi à Patre tradita sunt. Cui?  
 Mihi Iesu Nazareno, filio Mariæ & homini  
 nato: ab æterno habeo à Patre antequam homo  
 fierem: sed cùm homo fierem, temporaliter eā ac-  
 ceperī secundum humanitatem, & clam seruani us  
 que ad meam resurrectionem & ascensionem,  
 quando manifestari & declarari oportuit. Sicut  
 & Paulus Rom. i. inquit: Declaratus est filius  
 Dei potenter. Ioh. 17. appellat Glorificationem.  
 Similia testimonia in D. Lutheri scriptis, pre-  
 fertim autem in libro, quod hæc verba ad-  
 huic firma sunt: & in magna confessione de  
 Cœna Domini, inueniuntur: ad quæ scripta  
 ceu ad bene fundatas declarationes Maiesta-  
 tis Christi ad dexteram Dei, & sui testamen-  
 ti nos breuitatis ergo in hoc articulo, sicut  
 etiam in articulo de Cœna Domini, ut dictū  
 est, referimus.

Quare perniciosum errorem iudicamus,  
 Christo secundum suam humanitatem tan-  
 tam maiestatem detrahere, qua Christianis  
 ingens consolatio detrahitur: quam in illa  
 promissione de præsentia & inhabitatione  
 sui capit is, regis & sacerdotis habent: qui i-  
 psis promisit, quod non tantū sua nuda Dei-  
 tas ipsis adesse velit: quæ erga nos peccato-  
 res tanquam consumens ignis est in aridas  
 stipulas: sed ille ipse homo, qui cum ipsis lo-

cutus est, qui omnes afflictiones in sua assūmpta natura expertus est, qui etiam nobis cū tanquam hominibus & fratribus & suis cōdolefcere potest, velit nobiscum esse in omnibus nostris necessitatib. etiam secundū cā naturā qua noster frater est, & nos caro de carne ipsius sumus.

Itaque reiicimus & damnamus vnanimiter ore & corde, omnes errores à p̄adicta doctrina discrepantes, tanquam pugnantes cum scriptis Propheticis & Apostolicis, cum veris symbolis, & cum nostra quoque confesſione Augustana.

1. Veluti si quis in hoc argumento crederet, aut à quoquam edoctus esset, Humanam naturam propter hanc hypostaticam vniōnem permixtam esse Diuinitati, aut in eam mutandam fore.

2. Item Naturam humanam in Christo presentem vbique esse sui ipsius viribus essentialibus & proprietatibus naturę suę, comed prorsus modo quo Diuinitas, id est, tanquam essentia infinita.

3. Item, Humanam naturam in Christo euasisse similem naturę Diuinę substantia, essentia, vel suis proprietatibus essentialibus.

4. Item humanitatem Christi esse in omnibus locis cœli & terrę localiter extensam, quod

(quod ne Diuinæ quidem naturæ tribuen-  
dum est) sed Christum omnipotentia sua Di-  
uinæ posse corpore suo præsentem esse ubi-  
cunque voluerit, maximè vero ubi expressis  
verbis promisit sè futurū, veluti in sacra Cœ-  
na. Quum enim corpus sūm ad dexteram  
Maiestatis & potentiae Dei collocauerit po-  
test vtique id efficere virtute & sapientia sua:  
non mutata aut diuisa vera sua humana na-  
tura.

5 Item, Quod sola humanitas passa sit  
pro nobis nōsq. redemerit: Nec ullam cun-  
illa in ipsa passione filius Dei communi-  
cationem verā habuerit.

6 Item, Christum secundum suam Diui-  
nitatem duntaxat interius nobis præsentem  
esse in prædicatione verbi & in legitimo fa-  
crorum sacramentorum usu, hancque præ-  
sentiam nullo modo pertinere ad naturam  
humanam.

7 Item, Humanam naturam Christi nul-  
lam reuera effectualem communionem ha-  
bere cum virtute, potentia, sapientia, Maie-  
state, & gloria Dei, sed nomine & titulo te-  
nitis duntaxat cum illa commmunicare.

Hos inquam errores omnēsque eiusmodi  
alios, supradictę doctrinæ aduersantes, repu-  
diamus tāquam puro Dei verbo scriptisque

Prophetarum & Apostolorum ac Christianæ nostræ fidei confessionique cōtrarios. Et omnes Christianos hortamur quandoquidē CHRISTVS mysterium in Scriptura sacra nominatur ne in huiusmodi mysteriis etiam si h̄eretici de illis plurimum se torquat & fatigent inquirendis rationem suam scrupulosius intendant, sed simpliciter cum dilectis Apostolis credant, oculos rationis obtulerint, intellectumque suum captiuum ad obedientiam Christi deducant: sese consolentur & assiduè gaudeant quod caro sanguisque noster ita sint in Christo ad dexterā maiestatis & omnipotentiæ Dei eucta. Id si fecerint, certam firmamque consolationem in omnis generis afflictionibus comperient, eruntque aduersus omnes perniciosos errores inunitissimi.

*Versio hæc multos habet Germanismos, quod in multis verba ipsa authorum reddere optuerit, ne quid in sensu mutatum videretur. Hoc excusabit benignus lector.*

CONSI-

CONSILIVM EORVNDEM  
 THEOLOGORVM DE RATIONE  
 auctoritatis illiscripto in Germanicis Ec-  
 clesiis, extra Synodum, conciliandæ.

**L**UVSTRISIME Princeps, optata imprimis Celsitudini vestræ Dei gratia per Christum, & simul nostrum omnium humillimo, promptissimo atque suppliei obsequio precibufq. præmissis. Notum Celsitudini vestre cū omni reuerentia facimus, quod cūm proxima dominica, Exaudi, hoc est die xix. huius mensis Maij Bergæ, prope Magdeburgum simul conueniemus, nihil nobis prius fuit quam vt statim in eo conuentu diligentissimè Torgensis illa Concordię formula, cum omnibus aditamentis & animaduersionibus hinc inde adscriptis à nobis perlegéretur & expenderetur: studioséque cogitaremus qua ratione immense Martio proximè clapsø, ex illis omnes magis necessariæ utilesque sententiæ in Torgense illud scriptum suo quæque loco insertæ ac veluti incotporatæ aliæque etiam nonnullæ additæ fuerint. Adeo vt tandem

C.iiij.

ex iis omnibus vndique collectis (nullibitamen vero ac Christiano sensu mutato) vnū volumen cōficerimus. Cuius Exemplar à nobis subscriptum C. V. reuerenter ac demissè nunc offerimus: certissima fiducia spēq. dūcti fore ut id piis omnibus Doctoribus satisfaciat, qui incorruptæ doctrinæ Verbi Dei (qualem Deus omnipotens per beatæ memorie Doctorem Lutherum in lucem reuocare dignatus est) firmiter adhērent, nec sele hodiernis doctrinis opinionibꝫque abripi clam patiuntur.

Quum autem propter quorundam adiectas animaduersiones factum sit vt non per ræq. omnes prolixæ illi Declarationi Torgæ conceptæ acquieuerint: perlegimus etiā atque diligenter expendimus illius summariam Epitomen: Conuenitque inter nos tandem vt illa epitome maiori illi operi sue formulæ Torgensi præponeretur: quod non sine maxima fiet utilitate. Hinc enim statim Christianus lector animaduertere & perspicere poterit qua de re in singulis articulis cōtrouertatur: quidque ex auctoritate verbi Dei in iis credi, vel non credi debeat, & sic deinceps utilius faciliusque prolixam illam Declarationem percipiet.

Quid

Quia porro Cels. V. hoc quoque nobis benignè iniunxit ut inuicem colloqui & conferre, ac etiam statuere vellemus quoniam pacto ista Theologis reliquorum ordinum Augustanæ confessionis, cum generalis Synodus conuocata fuerit, proponenda, vteriusque in hoc toto negotio progre- diendum censemus. Denique ut ubi de singulis ad hoc tam salubre opus promouen- dum necessariis, aut utilibus consultaueri- mus, id totum C. V. significemus, dissimulare certè istud apud C. V. nō debemus, Nihil fo- re nobis optatius nec amabilius, quam si ea esset omnium Ministrorū Augustanæ con- fessionis apud omnes ordines qui eam pro- fitentur consensio: ut ex iis omnibus Chri- stiana synodus sine periculo grauiorum dif- fidiorum ac controuersiarum, cogi posset. In qua de rebus Ecclesiae magis necessariis ac salutaribus simul consilia inirentur.

Verum, heu, nimium nobis compertum est (vel ex additamentis ad Torgense illud scriptum adiectis) esse adhuc in plerisque lo- cis plerosque Ecclesiarum Ministros qui cir- ca Doctrinam prorsus morosos ac pertina- ces sepe prebeant: sed & Principes nonnul- los in illis regionibus eiusmodi opinionibus & præiudiciis imbutos esse, maximè suspica-

mur. Si ergo tanta frequentia ac multitudo  
Theologorum conueniret. Et ex iis quidam  
(et si forte pauciores) alij in alios insurgerent,  
suos ve Magistratus animarent, aut ab illis  
ipso in suis opinionibus obfirmarentur, ne-  
que ullus inter nos consensus obtineri po-  
set, sed ita alij ab aliis re infecta discedere co-  
gerentur: satis animaduertere potest V. C.  
quantum inde letitiae non solum Sacra-  
mentarij sed & Papistæ cõcepturi essent: quám-  
que graues in Ecclesiis nostris apud pios  
hinc offensiones oriri possent, neque enim  
quicquid ibi gestu fuerit silentio obtegetur  
aut occultum esse poterit. Itaque nostra qui-  
dem hæc est sententia tutius omnino fore  
& extra omne periculum si prius Christia-  
næ Concordiæ subscriptio ab aliis Augusta-  
næ confessionis ordinib. scripto aut per lite-  
ras exigatur. Cuius nostri consilij executio  
hoc pacto posset institui.

Primum ut subscriptio hæc ante omnes  
exigatur à Theologis qui penes eos status  
residet, quos certò constat ex ipsorum adie-  
ctamentis purioris esse doctrinæ, quorūq;  
haud dubiè subscriptio mox subsequetur.  
Quales sunt imprimis ambarum Celsitudi-  
num Vestrarum: itemque, nunc Dei gratia,  
Illustrissimi Electoris Ludouici Palatini;

Theo-

Theologi: per quos ipsius Celsitudo Consistoria sua atque Ecclesias in toto Palatinatu super Christianè restaurauit. Deinceps vero ab iis qui sunt in inferiore Saxonia, & Mechelburgensi, Luneburgensi, atque Brunsvicensi ditione, Item in Grubenhago, simûlque in maritima Saxonie parte, ac Ciuitatibus illi adiacentibus (vnica Brema nunc quidem, excepta.) Tum demum ab iis qui sunt in Franconia Germaniae superioris atque in Suevia. Item in Marchionatu Georgij Friderici ad Anspach. Item in ditione Comitis Palatini Philippi Ludouici, ac Palatini Comitis Ioannis, Ducis Vrtembergi: Marchionis item Badensis: Tandem verò etiam à Theologis Ciuitatum liberorum superioris Germaniae quales sunt Ratibona, Augusta vindelicorum, Ulma, Donauvertum, Francofurtum, Argentina & pleraque aliæ multæ numero: De quarum (excepta Noriberga) Theologis, corumq. subscriptionibus dubitari non potest.

Cum verò eiusmodi subscriptio à supra nominatis Illustrissimis Electoribus Principibusque aliis atque liberis Ciuitatibus imperata fuerit: posset deinde & à reliquis Imperij Ordinibus hisce rationibus exigi: si hoc quidem tempore deliberandi spatium

liberum illis relinquatur quo de hoc Christiano instituto amplexando & ipsi serio cogitent. Vbi enim illis de horū trium Illusterrimorum Electorum, aliorūque Ordinum vnanimi consensu per hanc subscriptiōnem constabit: eorūque motiūz caute, quibus hactenus vīs sunt retineti atque impediri, refutatæ fuerint: fieri diuina mediante gratia poterit ut & ab illis facilius eadem subscriptiō impetretur.

Cæterum ne diuersitas vīla in eiusmodi subscriptionibus accidere possit sub qua falso, intueri atque pertinaces Doctores latitare valeant: Non erit hæc admonitio in cōscripto quod ad hanc subscriptionem obtinendam emitetur, prætermittenda. Ut omnes Theologi sedulo caueant ne singuli pro arbitrio in subscribendo longas periodos, quæ specialem aliquam explanationem contineant, usurpare audeāt: sed nudum nomen duntaxat cum cognomine, ac loci cuius seruient (sive Ecclesiæ, sive scholæ) designatiōne adscribant.

Et quandoquidem aduersarij nostri Papistæ tam intra quam extra Germanicæ nationis Imperium Ecclesiæ nostras accusant, quasi vix duo in illis Concionatores reperiuntur qui in omnibus Confessionis Augustanæ

stante capitulo, idem sentiant: Hæc esset nostra in eo sententia, ut in subscriptionibus obtainendis hic ordo seruetur. Ut primi quidem subscribant Doctores Theologiæ qui in Academiis ad consistoria accedunt, quod certius de illis constet quales sint, nec scilicet per ipsos falsi Doctores, in scholis, aut impuri Concionatores in templis introduci, recipive aliquando possint.

Deinde in singulis Ciuitatibus Parochus cum suis Capellani seu vicariis: (vbi hi de-sunt, superintendens cum duobus parochis ruri habitantibus) non solum proprio suo nomine sed etiam omnium aliorum parochorum, Capellanorum & scholarcharum qui ad eandem pertinent diœcesim, (modò prius ab ipsis approbationem & potestatem subscribendi obtainuerint) subscribat in huc ferè modum.

Ego Ioannes N. parochus & superintendens apud N. & cum eo N. & N. parochum apud N. & N.N. parochi itidem N.N. illi adiuncti subscribimus tam pro nobis ipsis, quam pro N. parocco, capellano & scholarcha, qui sunt omnes numero N.N.

Totidē ferè verba nec plura possent post generales illas (Theologorum cuiusq. principatus, ac ordinis) subscriptiones ascribi,

quiæ non multas paginas in hoc toto opere  
occuparent. Et multos bonos viros forte iu-  
uare possent, & à tam grati hæsitatione libe-  
rare, in quā falsis Papistarum persuasioni-  
bus induci potuerunt: Quasi nullus sit om-  
nino inter vlos Euangelicos concionato-  
res doctrinæ consensus. Et hoc modo multa  
oborta scandalata tolli facile possent, quibus  
alioqui spiritus Dei in multorum piorum  
cordibus fuit magna tristitia affectus.

In Ciuitatibus autem liberis cum non  
multi ibi sint Ecclesiarum ministri, Ne alij  
ab aliis effugij prætextum, suæ opinionis  
tuendæ cauſſa, ex eo captent, quod singuli  
pro seipsis non subscribant: Necesse foret  
omnes simul ad subscriptionem conuocari  
quod à Consulibus & reliquis Magistratib.  
facile præstari poterit.

Ne porro reliqui Principes Ordinésque  
Imperij (qui ad hoc usque tempus nondum  
suam de eiusmodi subscriptione sententiam  
clare exposuerunt) cauſari, conquerive iu-  
stè possint, eiusmodi subscriptionem à nobis  
pluralitate potius votorum illis obtrudi  
quam vlo veritatis testimonio: Et omnibus,  
potius legitimam libertatem relinquēdam,  
qualem in Ecclesia esse & æquum & soli-  
cum est. Hanc inquam ob causam existi-  
mamus

mamus omnino consultius esse ut si quidem illi intra aliquod tempus clarius suam sententiam non explicabunt, sed pertinaciter in semel concepta opinione persistent, Ne simpliciter ab illis subscriptio mordicisque exigatur sed scripto prius ipsorum motiuæ rationes firmissimis argumentis confutentur addaturque necessaria admonitio firmis fundamentis subnixa, cur non potuerimus nec possimus adhuc vlla alia scripta Philippi in hoc corpus inserere quam Augustanam Confessionem ciuisque Apologiam. Quamvis alioqui eius expressa fiat alibi mentio: Et liberum singulis tum Ecclesiis tum scholis relinquatur non minus ipsius reliquis scriptis (ad præscriptum tamen huius Declarationis siue formulæ) vti, quam cæterorum omnium scriptorum tam nouorum quam veterum. Qua admonitione ad ipsos missa, & subscriptione huius formulæ demum amicè expetita: si tamen adhuc semel conceptæ opinioni pertinaciter adhæserint, nec sese melius erudiri patientur: erimus sanè erga ipsos debito officio functi: Et facile tū Illusterrimi Electores, cæterique Ordines, tum ipsorum Theologi excusationem legitimam apud omnes consequentur. Illi verò siue Principes siue Ordines qui subscribere

renuerint, nullam iustæ querimoniæ occa-  
sionem prætexere poterunt, cùm ipsorum  
prætermisſe sed etiam contrariis rationibus  
ex verbo Dei confutatæ. Ex quibus omnib.  
V.C. iam satis animaduertere & existimare  
potest, nos nunc quidem in hoc conuentu  
nullo modo statuere potuisse quomodo hæc  
propositio in generali synodo si quæ cogen-  
da fuerit, Theologis Augustanæ confessio-  
nis foret proponenda. Nā cùm illa non fo-  
lū ex principiis huius laudabilis ac verè Chri-  
stiani operis, repetenda sit: sed & tota pen-  
deat ex Principum ac statuum Augustanæ  
confessionis mente & voluntate, de qua nō  
dum constare ante institutam & impetrata-  
tam subscriptionem potest. Eapropter cum  
certò coniici adhuc nequeat quis sit huius  
subscriptionis futurus euentus existimamus  
non posse adhuc eam propositionem hoc  
tempore concipi, sed esse omnino eius ratio-  
nes eo usque differendas dum subscriptio-  
nē ficerit impetrata. Tum enim (si quidem eo  
modo quem instituimus subsequetur) cla-  
rius constabit quid præcipue in eo generali  
conuentu proponendum foret. Neque tum  
valde sollicitos esse Illustrissimos Principes  
Electores, aliósque Ordines oportebit de-  
conten-

contentionibus periculosisque illis discordiis quæ plerunque ex eiusmodi Synodis subsequi solere, tum Ecclesiasticæ historiæ tum quotidiana experientia testantur.

Quod verò ad totius huius negotij executionem & cætera quæ inde pendent, attinet, Celsitudines Vestrae satis pro sua prudenter per se intelligent, quibus rationibus per Dei gratiam vno inter vos sancti poterit, atque unanimi consensu prouideri, ut seruio ac diligenter in hoc omnes incumbant ne posthac cuilibet pro arbitrio concessum sit in Ecclesiis aut scholis noua certamina excitare, sed ea moderatio ordóque serueretur ubique, vt nulli iusta occasio conquerendi data videatur quasi os Spiritui sancto obstruere velitis, dum rixas ac friuolas contentiones inhibere quantum in vobis est nitimini. Hæc porro omnia, vt & pleraq. alia, in prefatione, quæ Illustrissimorum Electorum aliorumque Principum nomine huius de controvèrsiis capitibus formulæ & ciuis epitome præficienda erit, contineri ac inseri necesse est.

Quum autem harum regionum Ecclesiæ & scholæ per quosdam publicè editos libellos, veluti eo cui titulus est *Grundfest. i. fundamentum: & Nouo Catechismo*, aliisque

D.j.

eiusmodi de persona Christi tractantibus) in errorem miserè sint inductæ & pleraque etiam ex illis in maximam ac periculofissimam dubitationem adductæ, indeque sacramentariis via in has regiones patefacta: quique libri illi adhuc in manibus vercentur multorum qui fortè nondum agnoscunt letale venenum in illis contineri. Operæ pretium imo perquam necessarium iudicamus Ecclesiæ Dei communi aliquo Theologorum, huius præcipue regionis, scripto admoneri quid in istis libellis, manifeste adueretur simplici fidei ac puræ Doctrinæ quam in his regionibus ante hæc grauia schismata magno consensu Christiani Doctores ex Dei verbo sunt professi.

Sic enim sperandum est fore ut non solum qui nos subsequentur ab omni errore præmoniti caueant, sed & plerique errantes in viam reuocentur: qui eiusmodi scriptis irretiti, neque seipso neque alios inde extricare vel liberare possunt. Id vero omne breui, sincera, simplici firmisque fundamentis nitente admonitione, ex illis ipsis impuris scriptis articulatim excerpta, confici quam facilimè atque expediri poterit.

Quæ supersunt capita maximè vero ad Typographiam spectantia per quam fit ut multi

multi infrugiferi libri, & ad Christianam vnitatem in Ecclesia retinendam minimè vtiles in publicum spargantur, Et Ecclesiæ Dei multis mihius necessariis, quibusque facile caruerint, scriptis grauentur: Vtilia vero multa ac præcipue Doctoris Lutheri scripta ex hominum manibus excutiantur, unde denique exordium huius tam funestæ disensionis in hisce regionib. nuper manauit. Quod præterea ad huius vniōnis executio-nem pertinet, quomodo scilicet illa sit con-stituenda, & cum constituta fuerit quo parato per Dei gratiam firma & constans reti-neri poterit; adeò vt nemo de iniusta vi sibi illata meritò conqueri possit, & nihilo mi-nus ad obseruationem iusti alicuius ordinis omnes inducantur: Hæc, inquam, omnia nos ad præscriptam formam, quæ mense Martio proximè elapso, (cum Torgensis for-mula aut Corpus Doctrinæ emendaretur) constituta fuit, remittimus.

Non potuimus autem ista C. V. pro offi-cij nostri debita executione celare. Roga-mus itaque Omnipotentem Deum ac Pa-trem Domini nostri Iesu Christi, vt virtute sancti sui spiritus dignetur totum hoc opus Christianum, (non solùm salutare & necef-sarium) sic ad optatum, & haecenius multo-

rum piorum suspiriis expetitum finem per-  
 ducere, quemadmodum illud feliciter in ip-  
 sius nomine cœptum, & per ipsius gratiam  
 (Vestræ Celsitudinis nimirum opera) tam  
 longè fuit iam perductum: nec illud vspiam  
 quasi fixum & impeditum hærere aut retar-  
 dari patiatur: sed faxit ut semel tandem ad-  
 uersariis nostris pontificiis hoc scripto os ob-  
 struatur & eorum blasphemias occurratur.  
 Sacramentariorum etiam & aliarum secta-  
 rum errores dissipentur & misera afflictione  
 Ecclesia rursus ex animo exhibilaretur. Cum  
 hoc opus ultimum fortasse vale Domini no-  
 stri Iesu Christi hoc extremo seculo futurū  
 sit. Quod superest Deus Optim. Max. hanc  
 Celsitudin. Vestræ operam sine mercede el-  
 se non patietur, sed tum temporariis tum x-  
 ternis benedictionibus amplè cumulabit. Ec-  
 clesia vero Dei, nosq. omnes humili nostro  
 seruitio & precibus apud Deum proinerebi-  
 mur. Cuius paternę potentissimę quę tutelę  
 & protectioni Celsitudinem Vestrām, Nos  
 vero V. C. gratię ac benevolentię humili-  
 mē commendamus.

Actum Bergę prop̄ Magdeburgum 28.  
 Maij Anno, &c. 1577.

C. V.

Addic̄tissimi atque obsequentiissimi servi, &c.

TILEMANI HESVSI  
AD D. MARTINVM  
Chemnizium Epistola.

**A**L V T E M à Filio Dei , perpetuo Ecclesię custode, Re. D.P.superintendens, Amice & frater in Domino dilecte. Multis modis ostédit Filius Dei Iesus Christus, se präsentem esse Ecclesię suę & eius fidelem agere curam: Documentum verò valde illustre est , detectio fraudum Caluinistarum, confusio persecutorum, præclarum testimonium veritati datum & mutatio dexterę excelsę in Electore Augusto. Hęc opera regnantis Christi cum alpicio, continere non possum, quin prorumpam in letam gratiarum actionem, cum precatione ut perficiat opus præclarum , quod incœpit dextra sua. Perquam gratum mihi est, quod historiam conuentus Torgensis tam accurate ad me perscripseris, insignis beneficij loco id pono, & vicissim mea offero officia, si qua à me proficiisci possunt . Facilè autem colligo molestè te ferre, quod tardius respōdemus: causę verò multę sunt , quia tempestiuē cognouimus Electorem Saxonię hu-

D.iiij.

missurum esse Formulam concordiæ, respōsum nostrum ad petitionem Ducis Brunsvicensis Iulij distulimus. Vbi vetò Electoris formulā accepi, statim eam describi curauit & legi, tradidi etiam pastoribus legendum, & D. V. vigando.

Nos toto pectore gratias agimus Deo, quod tam egregiū & illustre testimonium datur veritati, pro qua hactenus pugnauimus solum. Hoc tantum quæsiuimus & etiam nunc querimus, ut veritas Euangeli in corrupta sonet in Ecclesia: profligatis fanaticis sententiis, confuteliosis in Filium Dei, & sincera Lutheri doctrina, Thesaurus mundi postremi, ad posteritatem sine fermento sectarum transferatur.

Quodd ergo ad capita controversiarum attinet, quæ in formula concordiæ explicantur in Thesi & Antithesi consentimus. Nec Deo nos regente suo sp̄itu ab hac sententiâ nos vñquam sciungemus. Quod si Theologi Vvitebergenses ita perpetuo docuissent, nunquam ab eis discessione fecissemus, neque syllabā contra eos scripsissettus. Quia vero sententiam rogamus de formula conscripta, & Inclytus Elector petit, ut sine mente liberè dicamus, si quid desideremus, candidè & modestè monemus de quibusdam,

dam, non ut turbemus præclarum o-  
pus, neque ut nonas lites moueamus, sed  
ut omnia quæ in hoc præclaro libro, ac velu  
ti Symbolo Ecclesiæ, pias mentes offendere  
possunt, remoueantur, & in posterum ansæ  
contentionum, quantum fieri potest, præ-  
scindantur. Existimamus Ecclesiæ necessita-  
tem postulare, ut in hac formula autores &  
patroni corruptelarum, Illyricus, Philippus,  
Pfeffingerus, Osiander, Maior, Caluinus, Pe-  
trus Martyr, Epistola Philippi ad Palatinum  
nominentur, ac Ecclesiæ & posteritati sal-  
tem indicentur, ut Iuuentus in librorum le-  
ctione errores cum formula concordie pu-  
giantes cauere possit.

Non est necesse ad generalem conuentū  
hoc reiicere, quia libri sunt in omnium ma-  
nibus, qui corruptelas continent, & certamii  
na sunt in Ecclesia, nō tātum de corruptelis,  
sed etiam de personis. Multi reiiciunt Cal-  
uinismum, & tamen Philippum cum episto-  
la ad Palatinum defendunt; sed causas no-  
stras in scripto nostro modestè annotauim-  
us. Monemus etiam, ut quidam Paragra-  
phi, & quadam verba omittantur, ut de vita-  
dis vocabulis Accidentis & substatiæ: quia  
secum pugnat. Nobilissimum Pauli dictum,  
Lex est paedagogia in Christum, Philippi-

cē in formula exponitur de disciplina extēta: cūm Lutherus illud de spirituali vīa legis luculēter exponat, & rectissimē. Quod operibus nostris conseruetur Fides, defendi non potest. In loco de persona Christi, omitti velim vocabula scholastica, subiectiue, formaliter, habitualiter. Quotusquisque enim pastorū intelligit obscura illa vocabula, & metuo ne nouas pariant contentiones, & res commodē exponi potest, sine istarum vocū adminiculo. Beza talibus tendiculis insidiatur simplicioribus, & insidiosē ad istas sordes nos pertrahere vel inuitare conatur. Censo igitur omittenda esse ista vocabula. Hec ferē est summa nostrarum admonitionum, cum petitione, vt decretū de abrogato corpore Doctrinæ Misnico, ne sit norma doctrinæ, & reiectis spuriis illis libris, Acta synodica, & quæ eius farinæ sunt intelligo, publicetur, & toti Ecclesiæ promulgetur. Spero te breui commonefactiones nostras vīsurū. Domini Vigandi & pastorum consensum expecto. Certo statuas nos magnificere formulam concordiæ, & læto animo agnoscere Dei beneficium, qui nostris certaminibus præclarum dicit testimonium. Ardentē pectorē precamur Deum, vt suo spiritu hunc sanctum conatum constituendi concordiā in

in Ecclesia prouehat, confirmet, & ad optatum finem fœlici successu perducat. Atque huiusmodi preces pro Electore Saxonię & sancto hoc conatu publicè fiunt in nostris Ecclesiis. Ostendemus Deo nos iuuante nos nec quæsiuisse aliud, nec etiam nunc aliud querere, quam ut incorrupta doctrina Lutheri sine omni fermento transmittatur ad posteritatem: omnium iniuriarum & exiliorum per Dei gratiam piè obliuiscemur. Jacobus Andreæ, Selneccerus, Crellius, si serio pœnitentiam agunt, fratres nobis erunt charissimi. Quod si etiam Philippi, Pfeffingeri, Maioris nomina sine detimento Ecclesiæ silentio præteriri possent, simpliciter assentiremus. Nec nos voluptatem nec emolumentum speramus, si nominatim ponatur, Philippi sententiam de libero arbitrio & Coena Domini aduersari, verbo Dei. Quia vero videmus subesse grauissimas & necessarias causas, & exempla habemus Apostolorum Christi, veteris Ecclesiæ, humiliter petimus & rogamus, ut consultatur iuuentuti nondum confirmato iudicio legenti libros Philippi, & vti posteritati. Et haec tenus de communi causa Ecclesiæ.

Nunc quedam de statu Ecclesiæ in Borus

sia magna tranquillitate frui possemus, filii  
seriō pacem colerent, qui pacis se profiten-  
tur p̄æcones, tres pastores, quorum duxest  
Morgenstein, Sax. & Schlusselburgius, gra-  
uem mihi litem mouent. & per totam Boruſ  
siam tumultum excitarunt, ob φραστιν ab-  
stracto, scripto vehementi & ineruditio &  
prolixo me adorti sunt, & atrociter defor-  
marunt. Contendunt Abstractum separare  
naturas in Christo, diuidere personam, con-  
stituere duos omnipotentes. Nulla institu-  
tio, nulla admonitio locum apud illos in-  
uenit. Lutheri & Morlini autoritatem mi-  
hi obiiciunt, respondi illis, variè usurpari vo-  
cabulum Abstracti. Lutherum aliquoties  
iuxta Etymon pro separatione usurpasse: A-  
liás verò scholasticè usurpari pro distinctio-  
ne vocū, Deus & Diuinitas, Homo & Huma-  
nitas. In Abstracto est locutio, quādo de hu-  
manitate Christi in ipsa vniōne fit mentio.  
Monstraui exēpla aliorū, qui vocabulo isto  
scholasticè sunt vſi, nihil tamen profeci. A-  
liud enim subest quantum video. Dominus  
Vigandus dudum eos reprimere potuisset,  
sed siluit & conniuendo eos confirmauit.  
V Vigandus hanc propositionem concedit,  
non tantum in concreto recte dicitur, Ho-  
mo Christus est omnipotens, viuificus, ado-  
ran-

rāndus. Sed etiam in abstracto dicitur recte,  
Humanitas Christi est omnipotens, Viuifi-  
ca & adoranda. Et hoc tantum dixi, cothur  
num VVitebergensium detegere volens. Pa-  
stores hoc impugnarunt, vt ipsorum scriptū  
docet, & tamen non repressit eos: singunt  
nunc nouum controvēsiæ statum, quasi di-  
xerim, Humanitatem Christi in abstracto es-  
se adorandam, & abstractum ad prēdicatum  
de adoratione attulerim, quod mihi in men-  
tem nō venit. Tantum enim subiecti est  
declaratio. Abstractum inquiunt scholastici,  
supponit pro natura. Consiliarij cupiunt  
controvēsiam componere. D. Ionas & D.  
Cancellarius & alij docti fatentur mihi iniu-  
riam fieri. Reliqui fatentur se non intellige-  
re, vix agnoscent pastores se infiditia lapsos  
esse. Quid futurum sit dies docebit. Aliquo-  
ties testatussum in publica lectione & scri-  
pto, me devocabulo non pugnare. Verūm  
nec hoc satis est eis. Affectibus ergo indul-  
gent, quia me traduxerunt, quasi diuidere  
personam: aliquantò acrius eis respondi la-  
tine, vt eorum audaciam reprimerem. Sed  
quantum intelligo, non remittunt vehemē-  
tiā: gloriāntur se habere manum Chemni-  
cij, qua testeris te improbare in eam senten-  
tiā & vocis usum. Ego adduci nō possum

vt credam. In tuis enim literis ad me testatus es, vos idem sentire, & epistola Stamichij quid aliud vult? Scholastico sensu vocabuli Abstracti sine separatione naturarum aliquoties es usus in libello de duabus naturis in Christo. Ego de voce non pugno, per me licet sepeliatur, sed hoc ferendum mihi nullo modo est, quod isti homines ex inscita vocis me traduxerunt, quasi diuidere personam Christi & duos constituerent Christos, hic nemo iubet me patientem esse. Extremæ enim blasphemiae est diuidere personam Christi, & segregare naturas. Verum sic excipitur fidelis Episcopus in Borussia, & quidem a pauperibus. Hanc reporto gratiam quod confessionem opposui Sophismatis & contumaciarum.

Kirchnerus licet controversiam non intelligat, ut noui hominem, tamen superbas ad me scripsit literas, leges dictans pontificalem, & meos Antagonistas inscitia stabiliendo, non parum turbauit hanc Ecclesiam: Monere eum potes, ut deinceps cautius & magis frateriæ agat. Tarditatem responsionis epistole compenso, quamquam hec posteriora minus grata tibi futura sunt: sed talis est fortuna Doctorum, ubi ex acie reuertuntur, ubi cum hostibus pugnarunt, à domesticis

sticis & fratribus aliquanto durius tractan-  
tur, quam ab hostibus.

Christus ergo confirmet animum, & re-  
primat tetras calumnias: Ego distinguo in-  
ter scholasticum usum vocabuli Abstracti,  
quando alterutra natura consideratur vel no-  
minatur, ut Divinitas vel humanitas, & E-  
tymologicum de separatione, ut Lutherus  
& Morlinus pio sensu usurparunt. VVigan  
dus abstractum alias ad subiectum refert, ac  
tum probat, alias ad praedicatum, & tum im-  
probatur, quantum de separatione intelligi-  
tur. Hæc quantum videre possum eodem re-  
cidunt. An non igitur ob inanem *λογικαν*  
turbent Ecclesiam, Dominus iudicet: senten-  
tiam tuam de hac distinctione expeto. Non  
video quomodo alias loca in tuo libello, 8.  
loca in Luthero (hic tacendum est de abstra-  
cto) conciliari possint.

Quia Imperator Ratisbonæ moram ne-  
tit, defatigati ordines Regni Poloniæ in  
Stephanum Batorium regem consenserunt,  
& is nunc rerum potitur.. Nuper Regia eius  
Maiestas transiit Marienvverdt, ubi princi-  
pis nostri legati eius Maiestatem conuene-  
runt, & quantum intelligo pro rege agnoue-  
runt, & de commeatu prouiderunt. Gedan-  
nenses obstinate se opponunt Regi Batorio-

quibus rebus freti, ignoro. Daniæ Regem me-  
tuunt credo, cuius benevolentia difficulter  
carere possunt. Difficile erit Imperatori Re-  
gem Poloniæ potentem pellere, & Turcam  
prouocare. Nobis vero imminet Molcus.  
Nos precamur Filium Dei, ut pacem Eccle-  
siæ largiatur. Tu nos iuua precibus. Benè in  
Domino Vale. Regiomonte Borussiorum  
10. Septembris 1576.

*Tilemanus Heshusius Episcopus Sambiensis,*

DISP V-

DISPUTATIO DE MA-

IESTATE HOMINIS CHRI-

sti, ad normam veræ piæque do-  
ctrinæ per Theses explicata, ad-  
uersus impias Iacobi Andreæ  
Schmidelini Theses, Tubingæ  
olim propositas.

Ingolstadij primum anno M.D. LXIII ex-  
cusa. Deinde anno LXXI. Witebergæ iussu  
rectoris secundo, ac nunc hic tertio, propter  
graues causas, recusa.

Æquis iudicet Lector, & veritatem contra  
falsitatem ingenuè tueatur.

## PRÆFATIO AVTHORIS.

Ircumferuntur dogmata quedam,  
authore Schmidelino, de Maieſta-  
te hominis Christi, non que Apo-  
ſtoli docuerunt, ſed noua plane &  
pernicioſa, & cum Christi, Apoſtolorum, Prophē-  
tarum, Martyrum, Confessorum, & cum omnium  
denique totius ecclesiæ Catholicæ Patrum doctri-  
na ex diametro pugnantia. Quoniam vero A-  
poſtolus grauiter monet, ne doctrinis variis &  
peregrinis abducamur, iubetq. doctrinam, qua  
ſecundum pietatem eſt, tueri ſiluam in ecclesia:  
operam nos, neque inutilem, neque à professio-  
ne noſtra alienam, ſumptuos existimauimus, ſi  
aduersus nouos & impios Schmidelini errores,  
veram & Orthodoxam Ecclesiæ ſententiam vin-  
dicaremus. Proponimus ergo Theses, ut ille fecit,  
ſed meliore fide tractaturi graue hos & ſicut di-  
gnum Argumentum. Ac duplē quidem or-  
dinem theſsum poſuimus, ut primum haberet le-  
ctor totius negotij, quod plerisque forſan obſcu-  
rum videbitur, neceſſariam explicationem: dein  
de vero, ut de Schmidelini ineptiis, imò aperta  
& horrenda impietate, boni omnes rectius iudi-  
carent. Quare theſes alias explicatorias, alias  
confutatorias fecimus.

Hunc noſtrum laborem quisquis es veritatis  
ſtudiosus boni ut consulas per Christum roga-  
mus. Ingolſtadij Calendis Iulij, Salutis Anno  
M. D. L. X. IIII.  
EX

THESES EXPLICATORIÆ  
DE MAIESTATE HO-  
minis Christi.

## I.

**V**M omnis hæc de Maiesta-  
te hominis Christi disputa-  
tio ex hypostatica duarum  
naturarum in Christo vni-  
ne peti debeat & intelligi, res ipsa postu-  
lare videtur, vt ante omnia discriminem,  
quod inter hypostasin & naturam inter-  
cedit, hoc loco repetamus & animaduer-  
tamus. Quod sane discriminem si negliga-  
tur, non minus erit nobis periculi, quam  
plærisque accidit in illo veterum Hære-  
siarcharum albo, qui inter hypostasin &  
*κυρίαν* non distinguentes, in varios, eos-  
que pudendos & impios errores impe-  
gerunt.

<sup>2</sup> Sic Ariani dum ex personarum  
Trinitate, naturarum Trinitatem infe-  
runt: Filium à Patre, & Spiritum san-  
ctum ab utroq. ἐπεγούσιον astruunt. E di-  
uerso Sabelliani quoniā ex vna *τετάρτῳ*

Eusebius H.  
E. lib. 10. c. 29.

Theodoreetus  
contra Sabel-  
lium.

Dama. lib. 3. c.

Boe. in lib. de  
duab. natu.

S. Maxim' in  
quadam ora-  
tione. Anasta-  
sius Monach'  
Sinai.

E

*ōστια* vnam subinde hypostasi colligunt, non solum Filium, sed & Patrem & Spiritum sanctum incarnatos ac passos esse configunt. Sic & Nestoriani, dum ex duabus Christi naturis duas in Christo hypostases faciunt, non *ναρθύποστων*, sed *ναρθύποστος* Deum cum homine coniungunt. Contrà verò Eutychiani, dum ex una Christi hypostasi vnam quoq. natum deducunt, vna tantum *ōστια*, quemadmodum & vnam personam in Christo Domino constituunt atque definiunt.

3. Nec sanè dissimilis fuit Monotheitarum infirmitas, qui dum vnam duntaxat in Christo personam contra Nestorium: duas verò naturas, contra Eutychetem recte profitentur: rati tamen, ad personam unitatem, proprietatis quoque & operationis unitatem esse necessariam, quò Nestorij heresin declinent, vnam tantum utriusque naturæ proprietatem atque operationem, ob personam unitatem in Christo constituunt, atque ita utriusque naturæ proprietates non minus imperite quam impiè confundunt.

4. Quamuis verò natura, substantia, essentia seu *ōστια* (quæ promiscue in hac tractatione, veterū more, passim usurpavimus

bimus) varias fortiantur significaciones, si quis exactè nominaperuestiget, hīc tamē pro eo sumuntur, quod definitione, qua, quid res est, explicatur, comprehenditur.

5 Natura itaque seu ὄντια ab hypostasi, quam Latini Theologi personæ vel subsistentiæ nomine solent appellare, eo distinguitur, quod natura solam rei quid dicitatem complectitur, quæ ex se quidem multis individuis est communis, totāmq. ὄντιωδη singulorum perfectionem continet, cuiusmodi est, humanitas. Hypostasis verò dicitur individuum, quod à cæteris omnib. eiusdem naturæ singularib. quadā proprietate discretū, ita per se & in se existit, vt nulla ratione in altero sustentetur, aut sustentari queat, vt Petrus, Ioānes, &c.

6 Vbi ne vocum ὄμορφια generet obscuritatem, accuratè discernendum est inter eas proprietates, quas προσωπικὰς, & eas, quas ὄντιωδης vocant. Nam in explicatione personæ, non de essentialibus, sed de personalibus locuti sumus.

7 Ex hac porrò distinctione id communis manifestum euadit, quanam ratione, vnam quidem ὄντιαν contra Arrium, & tres hypostases contra Sabellium, in sacro sancta Triade profiteamur; eò ni-

Hie in Symb.  
explanat. ad  
Damascum.  
Basilius cōtra  
Eunomium.  
Theodoreus  
contra Sabellium.  
Damasenus  
lib. 3. c. 3. & 4.  
Eusebi. H.E.  
lib. 10. c. 29.  
Talassius He  
caton. 4.  
Aafelius de  
incarnat. ver  
b. c. 5. &c.

Cone. Nicē.  
Cōstantinopo-  
lita. 1. Ephe. 1.  
Chalc. Con-  
stan. 2. & 3.  
Nic. 2. Later.  
gener. &c.

mirum, quod una tantum eademque simplicissima in augustissimo illo Trinitatis mysterio communis essentia reperiatur, quae totam in se deitatis continet perfectionem: tres vero proprietates personales, quibus tres personae constituuntur ac inter se distinguntur.

Damas. lib. 2.  
c. 11. &c.

8 Veruntamen sanctissimæ Trinitatis sacramentum planè est incomparabile, adeoque rerum naturam, omnemque mentis humanæ, imò & angelicæ capacitatem in immensum excedit, in eo, quod essentia illa in tribus diuinis personis subsistens, non specie aut sola ratione, una, sicut in creaturis visuénit, sed una sit pernitus atque simplicissima.

9 Hinc & illud fit perspicuum, aliud esse, quædam in unam eandemque naturam uniri, aliud vero in personæ unitatem coagmentari. Illa siquidem in natura dicimus unita, que in una conueniunt ὀντία, siue id fiat absqueulla concretione, mistione aut conuersione, ut in divinis personis inuenitur: siue sola compositione, ut in hominis ex anima & corpore constitutione: siue denique intercedente mixtione aliqua, confusione aut conuersione; ut in elementorum transmutatio-

ne &

ne & mixtorum productione accidere  
constat.

10 At verò illa in hypostasi ynita es-  
se dicimus, quæ ad etiū modum sunt con-  
iuncta, ut eadem prorsus existant subsi-  
stentia: Cuius generis est animi atque cor-  
poris in uno aliquo homine compositio.  
Praterquam enim quod hæc tanquam  
partes essentiales ad naturæ vnius perfe-  
ctionem coeunt, in una quoque persona  
connectuntur, cum una utrique commu-  
nis sit subsistentia.

11 Iam verò yt ad rem ipsam aliquan-  
tò proprius accedamus, veramque & Ca-  
tholicam de duarum naturarum in Chri-  
sto vniione sententiam explicemus. Cre-  
dimus in primis, vna nimirq. consensu pro-  
fitemur Christiani, duas naturas, diuinā,  
in quam, & humanam in uno Christo hy-  
postaticēs unitas esse: eam autem vni-  
nem ideo cum sancta & Apostolica Ec-  
clesia hypostaticam seu personalem ap-  
pellamus, quod duæ illæ naturæ secun-  
dum subsistentiam in Christo unitæ sint,  
vt sacrosanctæ generales Synodi iam pri-  
dem definiere. Sic enim in Ephesina Syno-  
do decretum est: Carni secundū subsisten-  
tiā unitum est Dei Patris verbum. Et in

in epist. ad Ne-  
storium & A-  
nat. 2.

quinta Synodo generali: Sancta verò Dei  
 Ecclesia , vtriusque scilicet Nestorij &  
 Eutychetis perfidiæ impietatem eiicens,  
 vnitatem Dei verbi ad carnem secun-  
 dām compositionem cōfiteretur , quod est  
 secundūm subsistentiam. Et sequenti Ca-  
 nonē: Si quis non confitetur Dei ver-  
 bum carni subsistentialiter vñiri , & pro-  
 pterea vnam eius subsistentiam vel vnam  
 personam , & ita sanctam Chalcedonen-  
 sem Synodus vnam subsistentiam Do-  
 mini nostri I E S V Christi confiteri , talis  
 anathēma sit. In Decretis etiam Synoda-  
 libus Martini primi sic habetur: Si quis  
 non confitetur secundūm sanctos Patres  
 propriè & verè ex duabus naturis Deita-  
 te & humanitate secundūm subsisten-  
 tiam vnitatis , inconfusè & indivisiè eun-  
 dem & vnum Dominum nostrum I E-  
 S V M Ch̄ristum esse , sit condemnatus.  
 Et in sexta Syn. sic legitur: Asscrimis duas  
 cius esse naturas in vna eius radiates sub-  
 sistentia. Ad eundem sanè modum cete-  
 rae Synodi & Patres vniōnem persona-  
 lem intellexerunt.

12 Nec ita tamen naturas illas in v-  
 na hypostasi vnitatis existimare decet , qua-  
 si ex duab. subsistentiis , humana videlicet  
 & di-

& diuina, tertia coaeluerit aliqua, quæ partim diuina sit, partim humana. Non enim adiectionem personæ vel subsistentiæ ( ut cum quinta Synodo loquamur ) sancta Trinitas sucepit ex incarnato Dei verbo, sed una est duntaxat eadēmq. individua in Christo domino, subsistentia, ipsius nimirum Verbi propria, quæ propter immensam Verbi perfectionem atque virtutem, hypostaticos humanam substentat naturam, quam propria ( ut sic dicamus) personalitate destitutam, sibi ascivit atque coniunxit. Vnde Damascenus, lib. 3. c. 9.  
Ipsius Verbi hypostasis, utriusque naturarū hypostasis existens, nullam insubstantem esse permittit, neq. alterius esse hypostatos. Neque quandoque quidem huius, quandoque vero illius, sed semper utriusque indivisibiliter & inseparabiliter est hypostasis; tota huius, & tota illius, imparabiliter & plenissime. Non enim in propria subsistētia sustētata est Dei verbi caro, neque in alia hypostasi facta est, quam in Dei verbi hypostasi, sed in ipso sustentata & subsistētis potius, neque secundum propriam subsistens hypostasin facta est. Quapropter neq. in subsistens est, neque Trinitati superaddit hypostasin. Hæc ille

Syno. Ephes.  
Cōstant. &c.  
Alexander.

13 Atque hinc iam absque vlla diffi-  
culturte intelligitur, quanta humanitatis  
cum diuinitate sit vnio. Non enim tanta  
est, quanta trium personarum in vna el-  
fentia diuina, neq; tam parua etiam quam  
ea est, quę in solius gratiæ, glorię, virtutis,  
autoritatis, dignitatis aut potestatis com-  
municatione consistit, aut quę alio quo-  
uis accidentario modo efficitur. Nam ne-  
que persona, in qua vniuntur, neque na-  
turæ ipsæ, accidēs aliquod censeri debent  
aut possunt.

14 Imò si rem, in qua vnio hæc facta  
est, penitus intucāre, haud facile parem  
in rerum natura comperias vniōnem. Et  
enim diuina illa subsistentia, in qua natu-  
ræ conueniunt, si per se consideretur, re-  
rum omnium, quę existere possunt, est  
simplicissima: quamvis si naturas ipsas v-  
nitas species, cōposita quodammodo dici  
queat, eò quod in duab. subsistat naturis.

15 Est autem hæc vnio vlique adeo  
singularis, vt nullo prorsus exemplo satis  
commodè explicari queat. Nam licet v-  
nio animi cum corpore, vt cætera omitta-  
mus, nonnullam cum diuina illa vniōne  
affinitatem habere videatur, & idcirco ad  
eandem explicandam à sanctis Patribus  
inter-

interdū assumatur, quatenus in vtraq. vniōne duę res diuisę in vna hypostasi sine vlla mixtione, confusione ac conuersione sustentantur: tamen si rem omnem reētē perpendas, longissimo hæc distant interuallo: anim⁹ enim & corpus nequaquā integræ & perfectæ sunt essentiæ, sed vnius essentiæ partes: diuina verò & humana na- turæ in Christo, essentiæ sunt, sic integræ atque perfectæ, vt nulla ratione vna ter- tiam essentiam absoluere possint.

16. Hæc quibusdam erunt obscura fortasse, sed scitu sanè dignæ, vt ex hac personalis vniōnis explicatione confute- tur impius Sabellius, & intelligatur non Patrem, qui solus ingenitus est, nec Spiritum sanctum, qui ex Patre & Filiōque procedit, sed solum Filium, Dei verbum, Dēum verum de Deovero, genitum, non factum, Patri μοόντιον, in plenitudine té- portis hominem factum esse, nobis non modo μοόντιον, sed etiam per omnia si- milēm absque peccato, cūmque solū pro nobis passum fuisse.

17. Nam etsi vna omnino Patris & Fi- lij & Spiritus sancti ὄντια sit & ζέοντια, Maiestas quoque & dignitas: c non tamē in essentia aut quacunq. essentiæ perfectio-

Ath. in Symb.  
Synodus E-  
phes.

Cyril. de In-  
carn.

Augu. tract.

7. super Ioā.

Gregorius

Nazi.

Epi. ad Celi-

doni.

Lyrinen.

Damas. lib. 9.

c. 3. &c.

a Cōcil. Ephe-

si. in Epif. ad

Nestoriū. La-

teran. Lugd.

Floren. Tole-

tī. p. 4. 6-8. 11.

Brach. 3 An-

glīc. a Hormi-

da Epist. 1.

Leo. 1. Epist.

91.

Athana. ser-

mone de ima-

gine Iesu in

Beryto recita-

to in 7. syno-

do actio. 4. &

in symbolo.

Hilarius lib.

2. de Spiritu

sæcto:

Ambro. lib. 1.

de Spiritu san-

cto. c. 10.

Basilus con-

tra Eunom.

August. lib.

15. de Trinita-

c. 29.

Epiph. in ser-

mone angy-

rato &c.

b Ioā. 1. Ga-

lat. 4.

Hebr. 3. 4. Con. Nicenū: Const. 1. 2. 3. Eph. 1.

Chalce. &c. c Con. Tolet. &c. 1.

Vbi sic habetur, solus Filius suscepit humanitatem in singularitate personae, id est, in eo quod proprium est Filio, non quod commune est Trinitati. Vide Lyrinē, prope finē vbi cōnumerat Patres, quorū beatissima illa Synodus doctrinā tenet de fidei regulis pronuntiavit.

ne siue essentialia aliqua proprietate (qua omnia toti Trinitati sunt communia) sed in solius Filij hypostasi, qua à patre & Spiritu sancto re ipsa distinguitur, unionem illam factam esse cuncti in Ecclesia profitentur.

18 Quod si in sola essentia aut in essentiali aliqua perfectione unio illa facta fuisset, totavtiq. Trinitas incarnata (quod sentire sit nefas) pari ratione affirmaretur: cum essentia & quævis essentialis perfectio in tribus illis personis ex auctorē periatur.

19 Liquet etiam ex iam dictis iniurias Nestorium, Nestorianiq. dogmati, sectatores omnes, contra quos cum Ephesina Synodo aperte profitendum est, non duas Christi personas, aut duos filios, alterū videlicet Dei, alterum Virginis Matris, totidēm vnde Christos, sed vñaduntaxat personam, vnum Filium, vnumque Christum, qui verus Deus & verus homo sit, constituendum & adorandum esse: quia non duas, sed vnam tantummodo hypostasin in eodem Christo agnoscimus ac veneramur.

20 Ex his præterea, confirmamur in Christiana & necessaria cōfessione, quam appro

approbavit sacra Chalcedonensis Synodus contra Eutychetem, nimirum: Vnigenitum Dei filium in duabus naturis inconfusè, inconuertibiliter, indiuisè, inseparabiliter existere, nunquam sublata difterētia naturarum propter vniōneim, sed potius salua vtriusque naturæ proprieta te. Quandoquidem non conuerſione diuitatis in carnem, aut carnis indininitatē sed assumptione humanitatis in Deū, non confusione, aut transfusione substanciæ, aut vnius tertie nature cōpositione, sed vnitate personæ, siue subsistētiæ, vnuſ est manētq. Christus, in duabus subsistens naturis.

21. Itaque sicut in Dco vna est substātia & tres personæ: ita in Christo vna est persona & duæ substantiæ siue naturæ.

22. Ex quo illud etiam contra Monothelitas euidenti ratione consequitur, vt, quemadmodum in Domino nostro Iesu Christo duas naturas indiuisè incomuerti bilitérque vntas esse confitemur, ita & duas proprietates duásque naturales opere rationes (vt sextæ Synodi verbis vtamur) indiuisè, inconuertibiliter, inconfusè, inseparabiliter, in eodem Christo agnoscere debeamus, ac venerari, alteram videlicet

Syno. Eph. 1.  
Const. 2. Ath.

Symbolo.  
August. 1. de

Trin. c. 7.  
Lyrinensis:

Damas. lib. 3.  
c. 2.

Alcuin. lib. 2.  
de Trinitate c.

c. &c.

a Lyrin. Dam. 3. lib. c. 5.  
Maximus de duabus Christi naturis.

Leontius Byzant. c. 10. contra Seuerum.

b Psal. 134.  
Math. 26.

Marci. 7. 14.

Lucas. 2. 22.  
Philip. 2.

Hebre. 2. &c.  
Const. 2. c. 7.

Martin. 1. in suis decretis.

Syn. c. 6. vide Epistolam Agathonis re-

ceptam in 6.  
Synodo. vbi citat

Ambro. Aug.  
Dion. Areo.

Leone. 1. Gre.  
Nazi. Atha.

Grego. Niss.  
Chry. Cyril.

Hilar. &c.

humanam, alteram vero diuinam.

23 Quod profecto Monothelitæ minime negauissent, si Philosophiaæ præceptionibus mediocriter faltem fuissent instructi. Nam ratione naturali perspicuit est, essentiales seu naturales proprietates ac operationes, non ex personæ, sed ex naturæ seu formæ unitate & distinctione, unitatem & distinctionem sortiri. Id quod supernaturali quoque Trinitatis exemplo aperte confirmari potest, ubi propter naturæ unitatem, una essentialis proprie-  
tas unaque operatio in tribus illis factis sanctis personis reperitur, secundum illud

Cœc. Tole. 6.  
c. 1.

Tolet. n. in  
prof. fidei.

August. i. de  
Trin. c. 4.

Damasc. lib.  
3. c. 4.

Gregorius  
Nys. tomo 5.

contra Euno-  
mium.

24 Atque hinc rursus manifestum e-  
uadit, de neutra in Christo natura alte-  
rius proprietates dici posse. manet enim  
inconfusa in Christo tam carnis, quam di-  
unitatis proprietatum contemplatio, cum  
utraque natura absque ulla confusione,  
mixtione aut conuersione proprietates  
suas distinctas omnino incolumente re-  
tinuerit.

25 Quapropter sicut humanitas, di-  
uinissima hac vnione diuinam naturam  
non reddidit infirmam: ita nec natura diui-

na humanitatē omnipotentē effecit, cūm  
nec forma serui, Dei formam in Christo  
ademerit, nec forma Dei formā serui mi-  
nuerit, vt D. Leo eleganter dixit.

26 Verum quāuis post admirandā hāc  
vnionē duæ in Christo naturæ earūmq.  
proprietas distincte impermixteq. per-  
stiterint, tamen, quoniā vna est persona  
Christi in illis duabus naturis subsistens,  
eidem Christo velut vni eidēmq. perso-  
næ ascribimus voces omnes, tam diuinæ  
quām humanas, quæ vel in Euangelicis,  
vel Apostolicis scripturis, vel in Patrum  
monumentis passim reperiuntur: tametsi  
inter se pugnare videantur, & reuera pu-  
gnent, propter naturarum, quas concer-  
nunt, diuersitatem.

27 Et hēc ipsa personæ vnitas, in causa  
est vt quæ Dei sunt propria, sēpe in scri-  
pturis ascribātur homini: eaverō quæ car-  
nis sunt propria, attribuantur Deo.

28 Vnde non potest nō aperte cōstare,  
quòd verè proorsus & Catholicè vnuis &  
idem Christus, Deus & homo dicatur, i-  
dēmque mortalis & immortalis, Patri æ-  
qualis & minor Patre, Creator & creatu-  
tura, omnipotens & infirmus, vbique exi-  
stens & certo loco circūscriptus, etern⁹ &

Epist. ad Fla-  
rianū in Chal-  
cedo. Synod.  
recepta que  
eiisdē est cū  
Synodo ipsa  
authoritatis.  
Synod. Ephe-  
Anath. 4. &c.

Con. Hispal.  
3.c.13.  
Ambro. lib.2.  
de fide ad  
Gra. Impera.  
c.4

Augu.1.de  
Trin.c.7. Epi-  
sto. ad Darda-  
num.  
Leo. Episto.  
95.

Lyrinen.  
Damas. lib.1.  
c.3.&4. Cyril.  
Ioan.3.  
Beda Ioan.3.  
Theophyl. &  
Rupert. &c.  
Ibidem.

*In Epistola  
ad Palestinos*

in tempore natus. Demum ob hanc ean-  
dem personæ vnitatem, & hominem Dei  
filium, Creatorem etiam & omnipoten-  
tem, ediuerso verò Deum, Virginis Filiū,  
passum quoque & crucifixum, rectissime  
confitemur. Non enim interest (inquit  
Leo) ex qua Christus substantia nomine-  
tur: cùm inseparabili manēt vnitate per-  
sonæ, idem sit & totus hominis filius propter  
pter carnem, & totus Dei filius propter  
vnam cum Patre deitatem.

*Idem qui su-  
pra.*

29 Quæ cùm ita sint, non est Gram-  
matica tantum, seu verbalis *ἰδιωτική  
νοητική* in persona Christi: in natura ve-  
rò, ne Grammatica quidem seu verbalis  
fieri potest. Siquidem vni & eidem Chri-  
sti personæ, in qua naturæ sunt vnitæ,  
utriusque naturæ attributa re ipsa conue-  
niunt, cum eadem sit hypostasis utriusque  
naturæ: in neutra vero natura, alterius  
proprietas insunt, sed nec inesse queunt:  
cum neq. in natura, neque in naturæ pro-  
prietate aliqua, vno aut confusio facta  
fuerit, aut etiam fieri possit.

30 Accurate ergo obseruandum est,  
quæ nomina personam, & quæ naturam  
significant, ne ex verbis aut male prola-  
tis, aut falso intellectis, error in re tanta  
perni-

perniciosissimus fortè oriatur. Nam cùm  
hæc naturarum vno in persona facta sit,  
non in natura, nominibus non naturam,  
sed personam significantibus perpetuò  
vtendum est ad idiomatum communica-  
tionem.

31 Propterea enim enunciationes hæ-  
veræ sunt & catholicæ, homo est Deus,  
omnipotens, immortalis, imparibilis: Itē,  
Deus est homo, infirmus, mortal is, patibi-  
lis: falsæ sunt itidem hæ simul & hæreti-  
cæ: humanitas est Deus vel Deitas: huma-  
nitas est omnipotens, immortalis, impari-  
bilis: Item, deitas est homo, vel humani-  
tas: Deitas est infirma, mortal is. Neque id  
alia sancè ratione, quām quod modò con-  
cretis, modò abstractis utamur nominib.  
quæ in concreto sumpta *υποστάσιν*, in ab-  
stracto verò *ὑπόστασιν* significant, si ad vim &  
proprietatem sermonis attendamus. Vn-  
de sic ait Damascenus: Diuinitatem di-  
centes, non de illa nominamus ea, quæ <sup>lib. 3. c. 4</sup>  
humanitatis sunt propria, neque de car-  
ne, id est, humanitate prædicamus ea, quæ  
diuinitatis sunt propria. Non enim dici-  
mus deitatem aut passibilem aut creatā,  
neque dicimus carnem, id est, humanita-  
tem increatam. At verò de *υποστάσιν* siue

ex vtraque siue ex vna naturarum, eam  
nominemus, vtriusque naturarum pro-  
pria illi adiicimus. Hæc Damascenus.

**32** Ceterum licet vni & eidem Chri-  
sti personæ, vtriusque nature proprieta-  
tes & operationes, indiuisè & inseparabi-  
liter adscribantur, tamen (vt rectè monet  
Leo) intelligendum est, & sincere fidei  
contemplatione cernendum, ad quæ pro-  
uehatur humilitas carnis, & ad quæ incli-  
netur altitudo diuinitatis. Enim uero ne-  
cessè est (teste Cyrillo) reddere Deo quæ  
sunt Dei, & humanitati, quæ ei deben-  
tur, & ne id, quod creatum est ad diuinam  
deducentes essentiam, aut id quod est di-  
uinæ nature, ad locum qui creaturis con-  
gruit, deponentes, in aliquem incidamus  
errorem.

**33** Non enim alio ex fonte Arrius,  
Paulus Samosatenus, Photinus, & cæteri  
id genus hæretici suos hauserunt errores,  
quam ex præposta peruersaque eorum in-  
telligentia, quæ in Scripturis sacris Chri-  
sto attribuuntur: quod nescierunt aut no-  
luerunt inter ea secernere, quæ ratione di-  
uinitatis, & quæ ratione humanitatis, de-  
vno eodemque Christo passim dicta legun-  
tur. Hinc Athanasius contra Arrium scri-  
bens,

In Epist. ad  
Leon. Imp.

Citatur ab A-  
nastasio Ar-  
chiep[iscino] Antio-  
ch[ia] in 6 Syno-  
do a. 10. 10.  
g. Cyril. 32.  
sermon. the-  
sauro[rum].

Augu. serm.  
166

Lib. 4.

bens: Vtriusq. igitur naturæ opus (inquit) noscentes & vtraq. ab vna persona agi vi-  
dentes, rectè credemus, & nunquā errabi-  
mus. Nec aliud ferè idē beatus Pater con-  
tēdit, quā vt prædicta discretio inter Chri-  
sti attributa conuenienter adhibetur.  
Huc etiam illud S. Ambrosj spectat: Ser-  
uernus (inquit) distinctionem diuinitatis  
& carnis: vnus in vtraque loquitur Dei  
Filius, quia in eodem vtraque natura est:  
& si idē loquitur, non vno semper loqui-  
tur modo: intende in eo nunc gloriā Dei  
nunc hominis passiones, quia quasi Deus  
loquitur quæ sunt diuīna, quia Verbum  
est: quasi homo, dicit quæ sunt humana,  
quia in mea substantia loquebatur. Sic  
quoque Grego. Nazian. iis verbis admo-  
net: Vno autem capitulo moneo, vt altio-  
ra quidem adscribas diuinitati, humiliora  
autem naturæ humanæ attribuas, quæ ex  
parte infirmitatis nostræ assumpta est,  
Nec dissentit his D. August. dicens: Distin-  
guamus, quid in Scripturis sonet, secun-  
dum forinam Dei, & quid, secundum for-  
mam serui. Quid autem, & propter quid,  
& quid secundum quid dicatur, prudens  
& diligens & pius Lector intelliget. Et  
ibidem. Non itaque immitto scriptura lib. I. de Trin. c. 7.

In disput. cōtra Arium.

lib. 1. de fide  
ad Gratia,  
Imp. ca. 4In sermone  
de Filio.lib. 2. de Trini-  
tate c. 13.

vtrunque dicit: & aequalē Patri Filiū,  
 & Patrem maiorem Filio: illud enim pro-  
 pter formam Dei, hoc autem propter for-  
 mā serui, sine vlla confusione intelligitur.

34 Et hīc locū habet regula catholi-  
 cæ fidei, cuius Beda post Augustinum me-  
 minit: Cūm aliqua in Scripturis dicuntur  
 de Filio, quibus demonstratur quod Patre  
 sit minor, ea secundum humanitatem in-  
 telligantur. Cūm verò ea dicuntur, qui-  
 bus Filius Patri demonstratur aequalis,  
 secundūm quod Deus est accipiātur, nec  
 aliter sane Patres omnes docuērē.

35 Ex quibus omnibus manifeste de-  
 ducitur, eos grauissimè errare, naturarū  
 que proprietates confundere, qui contra  
 Patrum omnium definitionem & cōscie-  
 tudinē, vel humana diuinitati adscribunt  
 vel humanitati diuina.

36 Superest ut concludamus ex supe-  
 rioribus genuinam, sanam & orthodoxā  
 de Maiestate hominis Christi sententiam  
 quæ breuiter in eo consūtit: Dominū no-  
 strum Iesum Christum, in forma Dei, a-  
 qualem esse cum Patre, imo eandem om-  
 nino gloriam, Maiestatem, potentiam, sa-  
 pientiam, &c. sicut & οὐσίαν communem  
 habere, eadēmq[ue] Maiestate & prouidē-  
 tia,

tiā, qua Patrem, reb. omnib. & singulis, etiam minimis  $\sigma\tau\omega\delta\omega\varsigma$  præsentem adesse. Sic Catholici credimus, & ingenuè profitemur. Vnde Ambrosius ait: Eadē Verbi gloria, eadē Patris gloria est, sicut scriptū est: Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Ita igitur secundūm diuinitatē, Dei Filius suā gloriā habet, vt Patris & Filij vna sit gloria. Nō est ergo minor in clāritate, quia vna gloria: nō minor in diuitiā, quia plenitudo diuinitatis ī Christo c̄st.

37 Addimus etiam, eundem Domīnum nostrum Iesum Christum, propter inexplicabilem illam, & arcaīam naturarum vniōnē, nulla ratione secundūm humanitatēm diuinitati æqualem euāsil-  
se: quin potius non sola essentia, sed etiā gloria, Maiestate, potestate ceterisque attributis omnibus & proprietatibus Deo minorem permansisse: vt yniuersi Patres, diuinis scripturis instructi, vñanimi consensu profitentur. Ita enim humana natura dōnis gratuitis in Christo exornata est, vt creature tamē limites nullatenus excederit.

38 Non tamē hinc sequitur, in Christo Domino, nihilo pl̄ dignitatis aut eminētiæ, quam in quibuslibet aliis hominibus.

bus inueniri. Nam inter diuinam illam al-  
titudinem seu excellentiam, & eam digni-  
tatem, quæ communi hominum generi  
obtingere solet, singularis quædam emi-  
nentia intercedit, quam soli Christo pro-  
pter vniōnem illam hypostaticam, secun-  
dum humanitatem, vt par est, attribui-  
mus.

39 Nec ea quidem ratione Christum,  
secundum naturam assumptā, redigimus  
in sanctorum angelorum aut beatorum  
hominum ordine, vt eum illis vlla ex  
parte (quod ad dona gratuita attinet) ade-  
quemus. Absit hæc impia suspicio: quin  
illum singulari quadam gloria & honore  
coronatum, supra omnem Principatum,  
& Potestatem, & Virtutem, & Domina-  
tionem, & super omne nomen, quod no-  
minatur non solum in hoc seculo, sed etiā  
in futuro, agnoscimus ac veneramur.

40 Nam solus is est primarium funda-  
mentum, Caput omnis Ecclesiæ, Primo  
genitus in multis fratribus, in omnibus  
primum tenens, Mediator Dei & homi-  
num, in quo instaurata ac pacificata sunt  
omnia, siue quæ in coelis, siue quæ in ter-  
ris existunt, Dominus omnium, Legisla-  
tor & iudex viuorum & mortuorum. Et

Psal. 8.  
Hebr. 2.  
Ephes. 1.  
Phil. 2.

1. Corinth. 3.  
Eph. 1.  
Rom. 9.  
Coloss. 1.  
1. Tim. 2.  
Appl. 4.

Rom. 10.  
Jacob 1.4.

ne multis: Solus is ita plenus gratia & ve-  
ritate, tantisque spiritus S. donis repletus,  
tanta Maiestate, gloria, potestate & auto-  
ritate cumulatus est, ut nulla gratia, nulla  
veritas, nullum Spiritus S. donum, nec ma-  
ior Maiestas, gloria, potestas, aut authori-  
tas in hac ipsa Christi humanitate deside-  
rari queat. Quippe quæ affatim sortita sit  
quæ natura finita, qualis ipsa post perso-  
nalem illam vniōnem permanisit, sortiti  
aut capere potest.

A&O. 1.  
Ioan. 1.  
Eph. 4.  
Lucz. 4.

41 Que sane dignitas, & incompara-  
bilis eminentia, quamuis ab immensa Dei  
celitudine quam longissime distet, tamē  
in alia creatura nulla, quicunque tandem  
illa sit, locum ullum obtinet. In ceteris e-  
nim, et si gratiæ & Spiritus sancti dona re-  
periuntur, non tamen coaceruatim & cu-  
mulatim, ut in Christo, sed diuīsim, & iux-  
ta mensuram donationis Christi, de cuius  
plenitudine nos omnes accepimus.

1. Corint. 1.  
Eph. 4.  
Ioan. 1.

42 Excellit igitur Christus secundum  
humanitatem Maiestate, potestate, gra-  
tia & gloria, ceterisque donis gratuitis,  
creaturas omnes, & mirum in modū ex-  
cellit, sed manet nihilominus secundum  
eandem humanitatem creature limitibus  
circumscriptus, & minor patre, eidēque

F. iii.

*Ioan. 14.  
1. Cor. 15.*

*Matth. 12.  
Ioan. 3.  
Eph. 1.*

subiectus, qui omnia ei dedit atque subiecit.

43 Atque hæc est omnis illa *Hæc* in cœlo & in terra, hic Spiritus non ad incensuram, hæc lessio ad dexteram Patris, quæ Christo, quatenus homo est, attribuunt Orthodoxi.

44 Neque tamen negamus ex his iā allatis Scripturæ locis vel aliis similibus, æqualem cum Patre potestatem, Majestatem, gloriam, aut quiduis aliud diuinæ naturæ proprium Christo attribui posse, & à quibusdam Patribus in explicatione Scripturæ attributum esse. Sed adhibetur necesse est Catholicæ fidei regula, quam idem Patres diligenter obseruant, ut istiusmodi omnia de Christo secundū diuinitatem interpretemur, ne perperam alioquin, quisquis diuinitatis propria, humanae nature admiscuerit, vtriusque naturæ proprietates, cum Monothelitis confundat. Atque hactenus si fortasse explicata sunt, quæ ad Christi Majestatem & gloriam rite cognoscendam imprimis conferunt.

THESES

THESES CONFUTATO-

RIAE P A D I M P I A S S C H M I -  
delini opiniones disiiciendas & explo-

dendas.

**N**VNC vt alterum caput, quod  
in confutatione aduersariæ opi-  
nionis est positum, aggrediamur.  
Non potest sanè vlo modo constare, q,  
Schmidelinus nouis Theologus nouis  
Thesibus firmare & persuadere conatur,  
in quibus quid loquatur, aut de quibus af-  
firmet, prorsus ille non intelligit, vt ex his  
que in expicatoriis Thesibus constitui-  
mus satis constat, & iamiam clarius euin-  
cemus.

2 Definit personalem vnionē, vt sit  
communicatio plenitudinis omnis Dei-  
tatis. De hac inquit Apostolum ita loqui,  
In quo sunt omnes thesauri sapientiæ &  
scientiæ absconditi: Et iterum: In ipso in-  
habitac omnis plenitudo diuinitatis cor-  
poraliter. Plenitudinem verò diuinitatis  
vocat, totius præsentiaæ Dei secundum  
evangelium in Christum effusionem, ita ut

<sup>1. Timo. 1.</sup>

<sup>Thefi. 20. 21.</sup>  
<sup>24. 34.</sup>

F. iiiij.

Thes. 89.

Thes. 19.

Thes. 34.

iam extra ipsum nihil, sed in homine, & per hominem Christum omnia in omnibus operetur. Et postea eandem diuinitatis plenitudinem appellat equalitatem Maiestatis, glorię & potentię cum Verbo, ita ut humana in Christo natura, non iam potens tantum sit, sed etiam omnipotens, humana inquam, natura, non sola diuina, propterea quod diuinitas realiter (ut ipsius verbis nobis loqui liceat) suas proprietates humanitati communicauerit, suāsque perfectiones in eam effuderit, & quasi transfuderit, & hac sola *Mātēr xoyavīa* hypostaticam unionem definiendam esse docet. Igitur si mirabilem huius autoris sententiam recipiamus nihil erit aliud hypostatica seu personalis durarum naturarum in Christo uno, quam quedam totius energię diuinę in humanitatē effusio, aut quedam equalis potentię, glorię & Maiestatis cōmunicatio.

3. His iactis porro fundamentis, que sunt verè putrida, progreditur ad colligendum humanam Christi naturam, ex vi personalis illius unionis, eadem omnino Maiestate qua diuinitatem, corporaliter ubique adeste presentem. Ut omitmittamus alia ciudē farinę deliramenta, que

quæ hic Neotheologus attexit postea, vt  
absurdum vnum ex alio deducat.

4 Iam ad fabricandā hanc egregiam  
(si superis placet) personalis vnionis do-  
ctrinam, nullius Concilij definitionem,  
nullius Patris sententiam, nullam ratio-  
nem, autoritatem denique nullam, hic  
supercilij Artifex producit, sed vno tan-  
tum Scripturæ loco fraudulenter expo-  
sito, hoc phantasma suum adumbrare co-  
natur, & non tam persuadere, quām fidei  
articulum sua solius autoritate id efficere  
sperat.

5 Verūm, vt simul & imperitia &  
impietas noua coarguatur, Primum ostē-  
demus istiusmodi potentiaꝝ & Maiestatis  
vnionem, aut plenitudinis diuinitatis cō-  
municationem, qualem ille fingit, mini-  
mè factam fuisse, imò ne fieri quidem vi-  
lo pacto potuisse. Tum vt concedamus  
factam illam fuisse, tamen eam nec perso-  
nalem esse, nec ad personalem consti-  
tuendam sufficere docebimus. Postremò  
Christum secūdum assumptam naturam  
non vbique, sed in cælo tantum, & in Eu-  
charistiaꝝ sacramento præsentem adesse  
planum faciemus.

6 Quòd igitur humana in Christo

Colof. 2.  
Thess. 2.

natura parem aut eandem cum diuina potentiam, Maiestatem, gloriam, aut quamvis aliam perfectionem sortita non fuerit, ex eo manifeste constat, quod naturæ post hypostaticam illam unionem, absqueulla permixtione, confusione aut conuersione, proprietates suas salvas & distinctas retinuerint, ut ex Conciliis & Patribus supra docuimus: ita minirum, ut nec humanitati, diuinæ proprietates: nec diuinitati, humaniæ adaptari queant. Id quod nulla constare ratione posset, si diuina natura suas proprietates humanitati communicasset, aut illas in humanitatem effudisset aut transfudisset. Id enim alteri dicitur communicari, quod alteri commune efficitur. Id autem quod duobus ex æquo commune factum est, alterius proprietas dici non potest. Vnde non aliud profectò factis Conciliis aut Patribus est, naturarū proprietates in Christo confundere (ut docti norunt) quam vel humanas ascribere diuinæ naturæ, vel ediuersò diuinæ humanæ, vel easdem utrique attribuere, quemadmodum iste palam facit.

7 Hoc verò incommodum hic Theologaster subodoratus, errori suo patriconi

nium aucupatur hac oratione. Cum (in-  
quit) dicitur, *Unionem duarum naturarum* Thesis. 2  
*in Christo factam hypostaticam, seruatis v-*  
*triusque naturae proprietatibus, sobrie admo-*  
*dum intelligendum est & explicandum. Ne-*  
*que enim ita diuinitas Verbi sua energia,* Thesis. 24.  
*que ipsa est simplicissima, sese intra se conti-*  
*net, ut nullam in naturam humanam quasi*  
*transfundat perfectionem, quin potius hu-*  
*manitas plenitudinis omnis particeps diui-*  
*na naturae, duarum naturarum in Christo,*  
*hac sola id iuxpatem novocita, hypostatica unio*  
*definienda est.* Hac ille, fidus scilicet & so-  
brius admodum interpres, qui lucem in-  
ferre vult venerandis sanctorum Patrum  
& Conciliorum decretis: sed clariora illa  
sunt, quam ut aliena, & falsa emendicata  
luce indigeant, ut ex his, quæ suprà co-  
piosè citauimus satis constat. Quod si ad-  
huc plura & clariora desideras testimoni-  
nia, quæ ex diametro cum huius Noua-  
toris doctrina pugnant, audi Hieronymū  
sic loquentem: Illorum quoques similiter In Symb. ex-  
excramur blasphemiam, qui nouo sen-  
su afferete conantur, à tempore suscepere  
carnis, omnia quæ erant deitatis in homi-  
nem demigrasse, & rursum quæ erant hu-  
manitatis in Deum esse trāsfusa, ut quod  
nulla vñquam hæresis dicere ausa est,

In Thesibus  
explicatoriis.In Symb. ex-  
pla. ad Damæ.

*lib. i. c. 4.* videatur hac confusione, utraque ex inanita substantia, Deitatis scilicet & humanitatis, & à proprio statu in aliud esse commutata. Hactenus ille. Audi iterum Damasce. Diuinitatem, inquit, dicentes, nō de illa nominamus, quę humanitatis sunt propria: neque de carne, id est, humanitate prædicamus ea, quę Deitatis sunt propria. Hæc Damasce. Sic quoque reliqui Patres loquuntur.

*Thess. 17.19.* 8 Quod ut clarius intuearis, addere: Quod si vna eadēmque in Christi Domini humanitate & diuinitate potentia constituitur, vna etiam constituenda erit operatio. Rursum, si diuina natura suas proprietates & attributa in humanitatem effudit aut trāsfudit (ut iste somniat) sequetur, & illud necessariò, ut vnum communēmque vtriusque naturæ intellectum & voluntatem defendamus, cum hæc ad naturales diuinæ essentiæ proprietates pertineant, & vnum & idem omnino cum omnipotentia existant.

9 Quare huius sententia hac in parte non modò falsa est, verūmetiam damnatam Monothelitarum hæresin sapit, cùm vtriusque naturæ proprietates atq. operationes in Christo confundat impie.

piè. Atque hinc forsitan accidit, ut cum aliarum priscarum, & iam olim profligatarum hæresium in suis Thesibus meminerit, nullam tamen omnino Monothelitatum fecerit mentionem.

10 Quid autem vult diuinitatem per proprietatum suarum seu perfectio num communicationem, effusionem, aut quasi transfusionem, humanæ naturæ esse coniunctam: Quid est hoc aliud tandem; quam affirmare humanitatem in una aliqua, vel in omnibus diuinæ naturæ perfectionibus, quæ tribus personis communies sunt, diuinitati esse coniunctam?

11 Hic illi opponimus Occumenica Concilia & Orthodoxos Patres, quorum est una eadémque semper in hac tensione, ex diuinarum scripturarum autoritate pendens, nimirum: Naturarum in Christo unionem, non secundum essentialem aliquam diuinitatis perfectionem, toti trinitati communem, sed secundum substantiam, quæ Verbo propria est (ut ante quoque non semel meminimus) factam esse.

12 Et quis inter Christianos adeò sit crudis rerumque omnium ignarus, qui creaturam ullam, quantilibet excellentia

Thes. i. 3. 22.

Fphei. i.  
Constan. &c.

præditam, omnipotentē esse statuat: aut in gloria & Maiestate, aut in quacunque alia perfectione eām exēquet creatori? Facit hoc tamen Schmidelinus, dum humanam Christi naturā, quam creaturam esse fatetur, non solum in omnipotentiā, sed etiam in gloria, sapientia, Maiestate, & autoritate, Patri Deo audet exēquare.

13 Nec intelligit, in quamcunq; tandem partem sese proripuerit, se captum & comprehensum teneri, vt elabi non posuit, quin hac ~~καρνοδοξίᾳ~~ concedere cōstringatur, duas esse naturas omnipotentes: duos item cretores: Creaturam ipsam, creatorem esse, & omnipotentem: Denique creatorem quendam recentem, & nouum in tempore factum esse.

Verum hæc omnia, cum expressis sacrae scripturæ testimoniis, cum Apostolorum & Conciliorum Symbolis, & cum perpetuo totius Ecclesiæ consensu planè pugnant. Et ubi legas probatum ullum autorem, qui vel somniauerit alium, præter Deum, creatorem & omnipotentem esse?

14 Quapropter piis & medioeriter peritis rerum sacrarum, persuasum id semper fuit, Christum secundum naturam diuinam, creatorem esse, & omnipotentem, per

Gene. 1.

Exo. 15.

Psal. 62. 80.

Ezai. 42. 43.

45.

I. Timoth. 6.

Symb. Apost.

Athan. Nice.

Const. Ephes.

&amp;c.

Ioan. 1.

per quem omnia facta sunt: At secundum  
humanitatem non creatorē esse, sed crea- <sup>Ibidem.</sup>  
turam, non infinitę virtutis aut omnipo- <sup>Colos. 1.</sup>  
tentem, sed infirmum, humilem, sitientē, <sup>Gal. 4.</sup>  
elurientem, flentem, tædio, pauori, sudo- <sup>Mar. 14.</sup>  
ri, tristitia, morti, alijsque miseriis, & af- <sup>Phili. 2.</sup>  
flictionibus humanis obnoxium, vt qui ve- <sup>Ioan. 4.</sup>  
re languores nostros ipse tulerit, & pro- <sup>Matt. 4.</sup>  
pter viscera misericordię suę dolores no- <sup>Ioan. 14.</sup>  
stros in sua carne portauerit, vt à tyranni- <sup>Lu. 19.</sup>  
cademonis seruitute nos liberaret: vt c- <sup>Mar. 14.</sup>  
tiam per omnia fratribus assimilatus ab- <sup>Lu. 22.</sup>  
sque peccato, infirmitatibus nostris com- <sup>Mat. 26.</sup>  
pati posset, & eis qui tentantur auxiliari. <sup>Esa. 53.</sup>  
Quæ omnia simul cum omnipotentia, <sup>Luca 1.</sup>  
ceterisq. diuinis perfectionib. in yna natu- <sup>Hebr. 4.</sup>  
ra existere nequit quam possunt. Ex quibus <sup>Ibidē 2.</sup>  
proinde sancti Patres duas Christi natu-  
ras colligebant:

15 Quod si Christus secundū humani-  
tatem potentia & ceteris naturę diuinę  
perfectionib. diuinitati equalis est, iam  
neq. Patri vsq. ad mortem obediens, neq.  
matri & Iosepho subditus esse, neq. sibi  
vel nobis mereri, neq. Mediator Dei & ho-  
minū esse aut dici potuit. Siquidē hęc &  
id genus similia, quę in Scripturis passim  
occurruunt, inequalitatę sonant, nō solūn  
essentia, sed etiā in potētia, vnde hęc ope-

Phili. 2.  
Lucæ 1.  
Hebra. 2.  
T. Timot. 2.

ra proficiscuntur.

16 Et quidē vel ex hoc solo apertē con-  
vinci potest humanitatem Christi hand-  
esse omnipotentem, quod plurima possit  
Deus, & ante ipsam etiam Christi huma-  
nitatem conditam potuerit & fecerit,  
quę humanitas nulla ratione efficere po-  
test, nec vñquam potuit. Etenim vt cete-  
ra innumera omittamus, non potuit hu-  
manitas ipsa se fingere, neque resuscitare  
neque se nunc potest in nihilum redige-  
re. non est igitur humanitas diuinę natu-  
rę in potentia vlo pacto exequanda.

17 Qui ergo cum Schmidelino erra-  
re nolint, Paulum ducem sequantur, &  
vtriusque naturę proprietates & opera-  
tiones ita distinguant, vt tribuant huma-  
nitati quidem, infirmitatem: diuinitati  
verò, virtutem, in qua Christus Dominus  
pr̄destinatus est Filius Dei. Et sicut duas  
voluntas & duas itidem operationes,  
singulas in singulis naturis esse credunt  
cum Ecclesia: ita quoque duas virtutes  
seu potentias alteram infinitam in diui-  
nitate, alteram finitam in humanitate, si-  
ne vlla permixtione, confusione, trans-  
fusione, effusione vel infusione, cum ea-  
dem sancta & Apostolica Ecclesia sim-  
pliciter

2. Coriat. 13.  
Rom. 5.10

18 Abutitur autem quibusdam Scripturæ locis nouus iste Macarius, ut probet humanitatem potentia, autoritate, Maiestate, gloria, scientia & sapientia diuinitati æqualem esse. Tametsi enim largiamur illi, quod in citatis locis aliqua cum Deo æqualitas Christi designetur, hinc tamen non sequitur illud, humanitatem diuinitati æqualem esse. Aliud enim est, si dicas (ut ante declarauimus) Christo omnem datam esse potestatem in cælo & in terra, aliud humanæ eius natüræ donationem eam factam fuisse. Nam personæ diuinæ, quæ Christi nomine significatur, omnipotentia & quæcunque alia diuina perfectio verè ascribi potest, creatæ vero naturæ, qualis est Christi humanitas, non potest.

19 Certe si omne illud, quod vel in Scripturis sacris, vel in Patrum monumentis, quo cunque modo Christo ascribitur, humanitati Christi statim tribuitur, profectò & Catholicè affirmare licet, humanitas Christi est Deus, increata, æterna, per quam omnia facta sunt, vnum & idem cum Patre, splendor Patris & figura substantiæ eius, quoniam hæc om-

Matth. 28.  
Psal. 8.  
Eph. 1.  
Ioan. 3.

Esaïe. 9.  
Phili. 2.  
Ioan. 1.  
Ioh. 10.  
Hebr. 1.

G.j.

nia de Christo verissimè prædicantur.

20 Imprudentius verò & insulfus colligitur, Apostolus afferit plenitudinē diuinitatis in Christo corporaliter inhabitat, & omnes in eo thesauros sapientiæ & scientiæ reconditos esse, igitur plenitudo diuinitatis, id est, æqualis gloria, Maiestas, sapientia & potentia, humanitati Christi est communicata, & in eam effusa, aut quasi transfusa: ita ut iam humilitas Christi, vere sit & dicatur omnipotens, sicut ipse Deus, humana, inquam, natura, non sola diuina, æqualique gloria & Maiestate cum Deo ipso prædita.

21 Hic monendus est Lector, ut obseruet, personam Christi cum natura manifestè ab hoc Theologo confundi, quādoquidem ex eo, quod quipiam in Christo esse dicitur, concludit, id ipsum quoq. in eius humanitate statui oportere.

22 Deinde, ut singamus Apostolum dixisse, plenitudinem diuinitatis in humanitate Christi corporaliter inhabitare omnésque thesauros sapientiæ & scientiæ diuinæ in eadem humanitate reconditos latere, quod à Diuo Paulo dictum non est, tametsi Catholicè id affirmari posse nouerimus, cùm tota & plena diuinitas

**Colof. 2.**  
Hunc locum  
citata ad idem  
probandum  
Paulus Mono-  
thelita...

nitas humanitati personaliter sit vniata,  
& in ea lateat abscondita. Cæterum falsò  
inde colligitur, ergo æqualis Maiestas, sa-  
cientia & potentia, &c. humanitati Chri-  
sti est communicata, ita ut humanitas di-  
catur omnipotens, quemadmodū Deus.  
Eodem enim argumētationis genere de-  
duceretur, Deitatem naturæ humanæ cō-  
municatam esse, ita ut humanitas Deus  
verè dici possit, sicut omnipotens: cùm  
verissimè asseueretur diuinitatem ipsam  
in humanitate Christi corporaliter inha-  
bitare. Præsertim cū nihil sit aliud Deita-  
tis plenitudo, q̄ Deitas plena atq. pfecta.

<sup>23</sup> Adde, quòd cùm anima rationalis  
in corpore humano corporaliter inhabi-  
tet, non solum hypostatica vnione illi  
coniuncta, sed etiam essentiali: si huius au-  
toris explicationem sequimur, integrum  
erit inferre, animam cum omnibus suis  
facultatibus & affectionibus, ad eum mo-  
dum corpori communicatam esse, vt cor-  
pus perinde atque anima intelligens sit  
& volens, arte Mathematica & Medica,  
cæterisque scientiis præditum. Quis autē  
nisi stultus id fateatur?

<sup>24</sup> Imò vero cū domos corporaliter  
inhabitemus, sequetur etiā nos illis ita cā-

municatos esse, ut eisdem proprietatibus & perfectionibus domus affectæ dicantur, quibus nos ipsi affecti sumus. Qualis ergo est autoris huius explicatio, qua pro eodem inhabitationis & communicatio- nis nomen audet usurpare?

25 Nec obstat, quod aliter diuinitas in humanitate habitet, nimirum hypostaticè cum illa coniuncta. Nam licet id verum sit, non ideo tamen consequitur, idem esse, aliquid in altero corporaliter inhabitare, & illi communicatum aut hy postaticè coniunctum esse. Vnde Cyrilus dicit: Neq. idem fuerit dicere, Verbum factum fuisse hominem, & putare, Deum habitare in homine, etiam si, ut est, vera beati Pauli vox est, quod complacuit in ipso habitare omnem plenitudinem Dei tatis corporaliter. Sed unum inquit esse

<sup>1. Cor. 7. 8</sup> Deum Patrem & Filium Dominum Iesum Christum, per quem omnia. Et hinc est quod Nestorius, qui hypostaticam diuinitatis cum humanitate unionem reiciiebat, libenter eo testimonio vteretur, quod videret aliud esse, aliquid in altero inhabi- tare, & illi hypostaticos cōiunctum esse.

26 Quocunque ergo modo hic inter- pretetur Scripturæ testimonia, siue de-

Contra Theo  
doretum Ne  
storianum.

Colos. 2.

1. Cor. 7. 8

Ioh. 4

per-

persona, siue de natura Christi, nullum inde firmum satis præsidium petere poterit, cum vtrouis modo accepta, longe quidem aliter explicari debeant, & à Patribus secus explicitur, quam ab hoc auctore intelliguntur.

27 Nec tamen ideo, quod diuinitas proprietates suas humanæ naturæ non communicauerit, consequens est, Grammaticam tantum seu verbalem idiomatū diuinæ naturæ communicationem in persona Christi fieri, ut hic homo inferre co*natur.*  
*Thesi. iij.*

eadem enim omnino ratione convinceretur, idiomatum humanæ naturæ communicationem, cum persona diuina nullatenus esse factam. Nam ut fides Orthodoxa docet, & Schmidelinus quoque *Thesi. iiij.* aperte confitetur, humana Christi natura proprietates suas diuinæ naturæ nullo pacto communicauit.

28 Sicut ergo Deus dicitur hominis Filius, infirmus, crucifixus, mortuus & se pultus, &c. propter naturam humanam sibi personaliter unitam: ita etiam homo Christus, Dei Filius appellatur, omnipotens, aeternus, immortalis, &c. non propter aliquam effusionem aut transfusionem, sed propter inconfusam unionem, qua

humana natura cum diuinitate coniuncta est in unitate personæ.

Thes. 19.

29 Dicet aliquis inter idiomatum diuinorum & humanorum communicationem multum interesse discriminis: quoniam diuina non solum voce, sed etiam re ipsa de humana natura dicuntur, humana verò idiomata, non re sed voce tantum diuinitati ascribuntur, id quod haud obscurè quidem & ille hisce verbis subindicat. Diligenter vero discernendum est, inter idiomata humanae naturæ, que propter unionem personalem diuina tribuntur, & idiomata diuina nature, que propter eandem unionem humanae ascribuntur. Humanitas enim diuinitatē non assumptis, sed ipsa assumpta est à diuinitate in unitatem personæ, quam infirmam reddere non potest: et si vere & recte dicitur persona, que Deus & homo est, laborare & mori. Cum contra humanitas à diuinitate perficiatur, quæ realiter suas proprietates humanitati communicat, ut sit non modo vina, sed vniuersalatrix quoque, non potens tantam, sed etiam omnipotēs: humana in qua natura, nō sola vina. Hæc ille insignis scilicet disputator.

30 Primum hic explicandum erat apertius de persona, an de natura loquatur. nam

vtram-

vtramque passim more suo confundit, &  
vtriusq; vocabulis citra ullum delectum  
abutitur. Quod si de natura loquatur, vt  
sanè loqui videtur, non minùs falsum est,  
quod ait, diuinæ proprietates humanæ  
naturæ realiter esse communicatas, quām  
ediuersò, communicatas esse humanas di-  
uinæ naturæ, vt ex his quæ antea diximus  
liquidò constat: etenim nec voce nec re-  
ipsa vnius naturæ proprietates alteri con-  
ueniunt, nec de altera dici queunt. Nec  
minùs repugnat, humanam naturam di-  
uinis affici proprietatibus, quām diuinita-  
tem humanis infirmitatibus obnoxiam  
fieri.

31 Si verò de persona differit, vt ibi-  
dem quoque facit, dum inquit: *Etsi verè*  
*& recte dicitur, persona quæ Deus & homo*  
*est, laborare & mori:* non minùs & id fal-  
sum est, scilicet idiomata humana, voce  
duntaxat, non re ipsa, de persona, quæ re-  
vera diuina & humana est, affirmari, cùm  
vni eidēmque personæ vtriusque naturæ  
attributa te ipsa conueniant. Quod au-  
tem fieri nequeat, vt voce & non re ipsa  
humana idiomata de persona Verbi e-  
nuñcientur, id ex peruvulgato illo Philo-  
sophi dictoclarè intelligitur: Ab eo, quod

G.iiij.

res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Vnde omnibus compertum est non posse aliquid voce de altero affirmari, si res ipsa aliter habeat, quam voce significetur.

32 Ex eo verò, quod humanitas diuinitatem non assumperit, sed ipsa assumpta sit à diuinitate in unitatem personæ, & diuinitas infirmari nequeat, humanitas autem à diuinitate perficiatur: nequaquam sequitur, ipsam Verbi personam, infirmitates humanas non sustinuisse, aut humanam naturam eque perfectionem inferri potest: nihil imperfectionis ex ea unitate diuinitatem accepisse, humanitati verò maximam accessisse perfectionem, qua particeps, non equalis effecta est diuinę nature, ut D. Basilius his verbis docet: Humana Domini caro, ipsa participauit deitati, non propriam debitatem diuinitati distribuit.

*Concio de  
Natiuit.*

33 Vnde quod ad naturas ipsas attinet, rectè quidem hoc discrimen statui potest, quod ex hypostatica diuinitatis cū humanitate unitate, nihil omnino in perfectionis diuinę obtigerit nature: humane verò magna quedam & singularis excel-

excellentia obuenierit. Sed interim hæc perfectio, quæ ex vnione illa humanæ accessit naturæ, non est idioma diuinum, sed humanum, non quidem naturale sed gratuitum.

34 Quantum verò spectat ad idiomaticum communicationem in persona, citra nullum omnino discrimen, & diuina homini, & humana Deo, tanquam vni & eidē personæ, in diuina & humana natura subfistenti, non voce tantum, sed & re ipsa reftissimè attribuuntur, cum vna reuera sit Dei & hominis persona. At verò idioma diuina neque voce neque re ipsa naturæ humanæ possunt ascribi, sicut nec humana diuinæ, quod, secundum sacrorum Conciliorum sanctiones & Patrum traditiones, naturæ semper distinctæ & impermixtæ cum suis proprietatibus permanferint.

35 Nunc vide obsecro huius Theologi imperitiā impiā, & impietatē imperitā, qui dum nouū quoddā & haec tenus inauditum discrimen comminiscitur, ab omni Christiana veritate in re tanta discedit. Nam attributa diuina palam humanæ ascribit naturæ, ediuersò verò humana non reuera, sed voce solum diuinæ per-

sonæ accommodat.

36 Iam illud est expediendum, & seriatum quidem methodo: huiusmodi Maiestatis, potentiae, sapientiae communicacionem, quam iste configit, ne fieri quidem potuisse. Primum enim certissimum est nullius omnino proprietatem, in alteram naturam seu speciem transferri posse. Et enim ut eruditè Cyrillus dixit, & ratio ipsa dictat: Quorum operatio & virtus in differenter una est, iis necesse est speciei unitatem seruare. Quis enim diceret aptitudinem ad disciplinas capiendas, ad ridendum, ad ratiocinandum, quæ hominis propria, lapidi aut trunko infundi posse? Multò minus verò diuina proprietas, quæ infinita est, nature finitæ & creatæ poterit communicari, cum in confessio sit, quod res finita certisq. terminis conclusa rem infinitam & immensam intra se capere nequeat.

37 Adhæc cum Dei potentia, sicut & scientia, & quilibet eius perfectio, ipsissima & simplicissima eius sit essentia, vt etiam vltro aduersarius fatetur, evidentia & necessaria collectione efficitur, si diuina omnipotētia, &c. humanæ nature fuerit cōmunicata, quemadmodū ille somniat, ipsissi-

In prosthene  
tico ad Theo  
dosium.

Theol; 6.

ipissimā quoq. & simplicissimā Dei essen-  
tiā eidē naturę humanę fuisse cōmunicā-  
tam: ita vt humanitas sit facta Deus sicut  
omnipotens.

38 Prēterea cūm idē hic Ζεοσία, potē-  
tia, gloria, & Maiestate, humanitatē diui-  
nitati exēquet, fateri vel inuitus dēbet,  
οὐσία quoq. essentia, natura atq. substātia  
humanā Christi naturā diuinitati equalē  
esse: cūm hēc omnia in Deo sīnt vna ca-  
dēnque simplissima Deitatis natura.

39 Hinc quoq. colligitur, idcm prorsus  
esse, si dicas, diuinitatem realiter suas pro-  
prietates humanitati cōmunicasse, ita vt  
diuinę naturę p̄prietates de illa verē pre-  
dicētur, ac si dicas, diuinitatē semetip̄sam  
humanitati cōmunicasse, ita vt ipsa diui-  
na naturadē humana affirmetur: & vniōne  
proinde duarum naturarū in Christo, nō  
in persona, sed etiam in natura factā esse.

40 Nec aliud esse potest humanam na-  
turam omnipotentē euasisse, quām crea-  
turam esse transmutatam in creatorē ac  
Deum, quod nec fieri, nec intelligi vlla  
ratione potest, cūm neque Deitas in hu-  
manitatem, nec humanitas in Deitatem  
conuersti queat aut commutari.

Psal. 102.  
Malach. 9.  
Hebrei. 1.

41 Quae cūm ita sese habeant, nō po-

test hic aduersarius, quiequid etiam gariat, à damnata Eutychianorum heresi excusari, qui duas Christi naturas impiè iuxta ac imperitè confundebant. nam, vt ostendimus, diuinæ in Christo proprietates, quas tamen prorsus idem cum ipsa diuina essentia esse fatetur, cū humana natura manifestè confundit atq. permiscet.

et. 12.

42 Quod cùm nouis hic Eutyches quadantenus animaduertisset, & absurdius ab se dictum non nihil mitigare vellet, hæc verba inseruit. Neque verò hac reali plenitudinis omnis diuinitatis communicatione, natura humana cum diuina miscetur, aut, sicut quibusdam videtur, planè abuletur, sed quod diuina per essentiam est, id humanae suo modo per accidens communicatur. Quibus quidem verbis non sanat hic homo, sed aperit magis & pestilentiorē reddit morbum animi sui, nouásque euomit absurditates, tantum abest ut diluat obiectum argumentum.

43 Nam si illa plenitudinis diuinitatis communicatione per accidēs est, ut loquitur, sequitur vniōnē hypostaticam, quæ secundum Eutychiani huius sententiam, in illa plenitudinis communicatione sita est, per accidens esse. Verum id falso asseri, inde

inde colligas licet, quod hac ratione fieret, ut Christus Deus esset per accidens, & ipsa quoque diuinitatis plenitudo accidens quoddam esset, & reliquæ etiam diuinæ perfectiones, quæ cum plenitudine diuinitatis idem prorsus existunt, accidentia quædam haberentur. Sed hæc tam impie quam absurdè affirmari, nemo sanæ mentis dubitare potest.

44 Iam vero ut ad illud quoque pregrediamur, licet hæc Maiestatis, potestatis, autoritatis & gloriæ vnio fieri aliquo modo potuisse, aut etiam re ipsa facta fore, ita ut in ea sola, non in essentia, duæ in Christo naturæ unitæ fuissent, tamen hypostaticam vniōnem non efficeret.

45 Nam ut suprà multis ostendimus, Patres omnes constanter assueuerant vniōnem hypostaticam esse vniōnē in substantia, non in aliqua essentiali proprietate toti Trinitati communi: Idiomatum vero communicationem in persona, vniōne illa personali naturæ ordine posteriorē esse, eamque iam factam necessario consequi. Ideo enim dicuntur triusque nature idiomata de una eademque persona Christi affirmari, quia illæ due nature in una Christi persona sunt unitæ:

In Thesis  
explicatoriis.

quod profectò constare non posset, si ipsamet idiomatum communicatio personalem efficeret vniōnem.

46. Quòd autem sola illa potestatis & Maiestatis communicatio, qualē iste singit, ad hypostaticam vniōnem non sufficiat, docet Eph. Synodus in hęc verba, Nō potest vnire naturas (de vniōne hypostatica loquitur) sola dignitatis aut potestatis equalitas. Et rursus: Dicere Deum & hominem sibi inuicem velut dignitatis & autoritatis vnitate cōiunctos, nouitas vocis est, & nihil aliud. Sic illa Synodus.

*Epist. ad Ne  
storium.*

47. Quæ res vt per similitudinem illustretur, si forte Princeps aliquis, quocūque modo in Maiestate, potestate & autoritate alteri sit æqualis, non inde consequitur, vtrunque Principē in eandē coaliuisse personam, sicut nec ideq; duo Apostoli, quod exemplum Synodus eadem in præsentem adducit, vna persona dici possunt, quòd paris fuerint potestatis, autoritatis, aut dignitatis.

*In Epist. ad  
Nestor.*

*Phili. 2.  
Hebr. 2.*

48. Quòd si Paulo credimus, Christus sua obedientia vsque ad mortem, humanitatis suæ exaltationē promeruit & Maiestatem. At si Maiestatis communicatio hypostaticam perficeret vniōnem, fieret sanè

sane ut sua passione sua quoq. cum diuinitate promeruissest vniōnem: quod ridiculum est allerere.

49 Imo cūm Christi corpus ante resurrectionē non fuerit gloriosum, sed patibile, & mortale: manifestē sequitur, antequam Christus resurgeret sacratissimū eius corpus diuinitati hypostaticē vnitū non fuisse, si quidem, vt hic homo vult, in gloriæ & Maiestatis communicatione vno hypostatica consistit.

50 Prēterea, si in illius potestatis & Maiestatis communicatione, hypostatica Christi vnio constituitur, non poterit vla ratione Deus naturam aliquam in persona sibi copulare, quin eiusmodi potestatem, &c. ei impariatur. Quod sane nemo admitteret, nisi qui diuinam omnipotētiā ignoret, & quid hypostatica vnio sit plane nō intelligat. Constat enim corpus Christi etiam in triduo, cūm iam rationali anima esset destitutum, hypostaticos diuinitati coniunctum fuisse, quod tamen glorie, potestatis, Maiestatis, sapientie, & scientie diuinæ capax minimè fuisse, nullus, nisi qua ratione caruerit, ambigere poterit.

51 Iam si hic autor putat, corpus ali-

quod, præsertim animæ rationalis expers, omnes aut aliquas diuinæ perfectiones capere posse: insignis sanè cuiusdam iniicitæ notam euadere nequit. Sin vero eas capere non posse censuerit, ut res ipsa habet, illud euitare non poterit, quin afferat corpus Christi, præsertim in triduo, Diuinitati vnitum haudquaquam remansisse, imò nec remanere potuisse. Sed id falsum esse & hereticum, Theologus nullus ignorat.

52 Ad hæc, cùm Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, nō modò æqualis, sed vniuersaliter & eiusdem sint potestatis, Maiestatis, autoritatis & gloriæ, cùm etiam eadē prorsus diuinitatis plenitudo in tribus illis personis reperiatur, si potestatis, &c. vnitatis, æqualitas, aut κοινωνία vnam personam constitueret, ut hic vanè singit, non iam tres, sed vnam tantum hypothasin in Deo esse, cum impio Sabellio, fateri prorsus cogeremur.

53 Præterea cùm potestas Diuina & reliqua attributa omnia, in tribus illis diuinis personis vnum & idem omnino existant, ex eodem illo principio aperte deduceretur, Patrem & Spiritum sanctum æquè incarnatos ac passos esse atque Filium si qui-

si quidem vnio facta sit in re toti trinitati  
ex æquo communi.

54 Quam absurditatem cùm Sabellius effugere non posset, hoc suæ sectæ nomen promeruit, vt ipsius sectatores omnes Patrpassiani appellarentur. Quam obrem cùm hic etiam Autor suo cōmento in Sabellij se hæresin præcipitet, non videmus, quo pacto Patrpassiani nomen effugere queat.

55 Postremò, vniōnem illam potestatis, Maiestatis, &c. hypostaticam neutram esse, in ipso Trinitatis mysterio clare conspicitur. Etenim tres illæ diuinæ Personæ in potestate quidem, Maiestate, & reliquis perfectionibus quam maxime sunt vnitæ, totamque Deitatis plenitudinem habent, cùm nihilominus inter se verè & personaliter sint maneantque distinctæ.

56 Igitur sola potestatis, virtutis, aut Maiestatis communicatio, quæcunque tandem illa sit, hypostaticam vniōnem efficere nulla ratione potest. Quod ex eo etiam apertè deducitur, quod potestatis, virtutis, aut Maiestatis, in genere considerata, communicatio, ad id non sufficiat: quum potestas, virtus & Mai-

itas nihil minus quam hypostasin significent.

*Anathematis.* 57 Vnde in Ephesina Synodo Nestorius condemnatus est, quod hac sola Maiestatis, honoris & potestatis seu virtutis communicatione duas Christi naturas vniuersitatem, dualesque proinde personas, ac totidem filios in Christo constitueret. Verba porrò Synodi sic habent: Si quis in uno Christo diuidit subsistentias post unitiōnem, sola societate coniungens ea, quæ secundum dignitatem est, vel etiam autoritatem aut potestatem, & non magis conuentu, qui per unitatem factus est, naturam, anathema sit. In quinta etiam Synodo generali hæc ipsa Nestorij heresis hisce verbis damnatur. Si quis dicit secundum gratiam vel secundum operationē vel secundum dignitatem, vel secundum aequalitatem honoris, vel secundum autoritatem aut relationem aut effectum aut virtutem, unitiōnem Dei Verbi ad hominem factam esse, &c. anathema sit.

c. 4. 58 Dubium iam ex his nulli esse potest, Schmidelinum insignē esse Nestorianum, cum nullam aliā Dei & hominis in Christo unitiōne agnoscat, quam eam, quæ Maiestatis, authoritatis, potestatis, virtutis

tis seu energiæ cōmunicatione, aut effusionē efficitur: ut his ipse verbis dixerit cōfitetur. Neque imagināda (inquit) aut singenda est alia Dei in Christo, quām in creaturis reliquis omnibus, quo ad oīcū, diuinitatis præsentia. Quæ ut in creaturis ēvangelia discernitur, quod alia in aliis agat, & opere-  
tur, ita in Christum tota effunditur, ut iam extra ipsum nihil, sed in homine & per hominem Christum omnia in omnibus operetur. Atque hæc est communicatio plenitudinis omnis deitatis, de qua idem Apostolus loquitur. In quo, inquit, sunt omnes Thesauri sapientie Dei absconditi. Et iterum: In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Hactenus ille, apertissimè Nestorianus, nisi q̄ in eo hebetior & Nestorio imperitior videri potest, quod nesciat eam solam cōjunctionem, ad illam ὥροσωσμένην ēvangelium efficiendam, non sufficere, id quod neutrum ignorabat Nestorius.

59 Iudicent ergo æqui & boni omnes, de hoc Nestoriano, & animaduertat quæ so, qua frōte audeat Maiestatem hominis Christi, non solum obscurare, verum etiam utriusque Christi nature, quamplurimum derogare: Humanæ quidem, quia sola

Thesi. 20.

Similes loquic  
dit formulæ  
paſsim in a-  
ctis Synodi  
Ephesinae &  
Nestorianis  
surpare le-  
guntur.

Thesi. 21.

H.ij.

virtutis seu potestatis, & nescio qua Maiestatis vnione, quam ipse fingit, eā cum Verbo coniungit. Diuinæ verò naturæ non minus detrahit, quia humanitatem Θεοσια, potentia, gloria atque Maiestate, diuinitati hic ineptus censor exequat. Tum utriusque nature simul in hoc maximam vim irrogat & iniuriam, quod eas earumq. proprietates insulſe permiscer, atque confundit.

In Praefatio  
ne.

60 Grauius adhuc peccat & à sacrilegij crimine defendi nō potest, qui ad hęc sua perniciosa tantaque impietate referta aliisque plura infana dogmata confirmanda, non veretur sacrę legis verba futari. Sic ab initio, vt aliis veritatis & antiquitatis ignaris facilius imponeret, quādam Vincentij Lyrinensis verba, suis prefixit Thesib. Tum non minus impudenter quam arroganter ausus est polliceri eam sē doctrinam repetitum, sincerę declaraturū, quam nobis Prophetæ, Apostoli, primitiue Ecclesię Patres, Martyres & Confessores tradiderūt. At in progressu nullum ex his omnib. suorum dogmatum profert comprobatorem cuius sē patrocinio tueatur. Hoc demum est sincera veritatis & Euangelij doctrinā vindicare.

61 Quid multa? Si volumus noua huius Veteratoris impiāq. figmata inter se aliquo pacto cohārere, illud etiā admittamus oportet, vt veteres & olim damnatę hærefes, quamvis inter se maximē disiunctae atque dissectae, in orbem veluti postlimio reuocentur & veluti ab ipsius Ori- ci faucibus iterum resuscitentur.

62 Etenim, vt manifestè cōuicimus, hic sectarius in Christo cum Monothelitis proprietates confundit: cū Eutychete naturas in vna essentia coniungit: cū Nestorio personas distinguit ac separat: cū Sabellio Patripaissiano Patrem & Filium & Spiritum sanctum in persona vnit, totam que, vt sic dicamus, incarnat Trinitatem.

63 Nec opus est vlla hīc nota censura aut condēnatione. Iudicarunt de hac causa celeberrimæ Synodi, & pronuntiarunt anathema his omnibus, qui veterum impiatum essent cum Schmidelino propagatores aut sectatores.

64 Nec potest hic Author, vt omniū harum hæresium notam euadat, ad illud per fugium se recipere, quod initio dixerit, se duas naturas personaliter in Christo unitas agnoscere, cū postea illud ipsum suō modo interpretatus, damnatis illorū ha-

Const. 1.2. §  
Ephesi. 1.  
Chalced.

resarcharum opinionibus apertè suffragetur. Neque enim satis est (vt Ephesina Synodus testatur) fidem voce duntaxat confiteri, nisi rectè quoque eam interpretaris.

In Epist. ad  
Neft.

55 Sed quid tandem ad impias & absurdas has opiniones reuocandas impulit Schmidelinum? Nō id sanè, vt Christi hominis Maiestatem extolleret, sicut Thematum illius titulus pollicetur, sed vt Sacrosancta Eucharistia dignitatem & excellentiam, quoad eius fieri posset, obscuraret, omnésque Sectarios plurimum inter se se dissectos atque diuisos, cōtra Christum Christiq. sponsam Ecclesiam Catholice hac ratione vniuersitate coarmaret.

Ad Lectorem

66 Huc ut perfueriret, viam putauit expeditissimam sibi fore, si contra cōmūnem Ecclesiæ Apostolicæ sensum probare posset, Christi humanitatem corporaliter ubique præsentem adesse. Ex hoc enim principio mox sequebatur, nihil singulariter aut admirabile in hoc Eucharistiæ Sacramento accidere, quantū ad præsentiam corporis & sanguinis Christi attinet,, quod non in ceteris itidem rebus omnibus & creaturis usu veniret. O artem verè Satanicam, quæ postea nobis aperi-

tius

tius detegenda erit atque refellenda.

67 Nunc ordo postulat ut demon-  
stremus Christi humanitatem non esse  
vbique corporaliter præsentem quem-  
admodum hic Theologus præcipue con-  
vincere studet. Et hac quidem sola ratio-  
ne ductus. *Cum distinctas (inquit) in unita-*  
*temp persone assumpserit hominem, cuius ra-*  
*tio & definitio est plenitudinis Dei commu-*  
*nicatio, in quo omnis Deitas corporaliter in*  
*habitat: sequitur, ipsam quoque humanita-*  
*tem Christi vbique presentem esse. Et iterū:*  
*Restat tertia Maiestatis ratio, qua sine corpo-*  
*ris extensione & diffusione, humanitas Chri-*  
*sti à Verbo ita perficitur, ut eadem Maiestate*  
*repræsentes habeat rebusque præsens sit, qui*  
*diuinitas. Hæc Schmidelinus.*

68 Vbi primùm obserua quòd Vbi-  
quitarius iste, ut alibi, sic nunc etiam nul-  
lam Scripturæ auctoritatē, nullū ex pro-  
batis Patribus aut Synodis testimonium  
in re tanta cōprobanda producit, immo cō-  
tra licentias Scripturæ, & Patrum sen-  
tentias vñica solius Lutheri Magistri sui  
autoritate, nescio quām fideliter recitata,  
contētus, & vñica ratione humana fultus,  
causam agit atq. cōcludit. Ita qui maxim

H.iiij.

Scripturis gloriari solent, & ab omnibus illas exposcunt, sine Scripturis sua saepe somnia venditant.

69 Quod si rationem ipsam velimus expendere, falsum reperiemus antecedēs quod assumit, in eo nimirum sensu, quo ipse met superius illud explicauit. Nominis enim vniōnis personalis & plenitudinis diuinitatis inhabitationis, nihil aliud intelligit, quam totius diuinæ *ἐργασίας* in Christum effusionem, aut diuinę potestatis, autoritatis, &c. cōmunicationē. Quam quidem sententiam erroneam esse multis ante argumentis comprobauimus. Deinde, ut antecedēs illi maximē cōcedamus: non hinc conficitur, humanitatem perinde atque diuinitatem Christi vbiique adesse præsentem. Quandoquidem ex eo, q̄ duo Principes paris sint omnino Majestatis, autoritatis & potestatis malè colligitur, sicubi alter eorum fuerit, ibidem statim alterum quoque cōstituendū esse.

70 Sed nec ideo aliquid aliquo in loco *ἐντιωδῶς* existere cōuincitur, quod in eo vel operari possit, vel re vera operetur, quod est, potentia esse in loco, vt Philosophi vocāt. Nā & sole certa quadā parte orbis sui cōtentū ac circumscriptū esse constat

constat, qui tamen in toto hoc sublunari orbe operatur, ac prouide potentia sua ibidem adest, ubi secundum suam essentiam non esse, certissimum est. Sic ambitionum non est, quin quilibet Princeps toti suo regno Potestate adsit, qui tamen secundum essentiam totum regnum neque occupat, neque occupare potest.

71 Iam si spectemus veram hypostaticam Christi vunionem, que multò maior est, quam fictitia illa solius energiæ & potestatis communicatio, neque sic etiam colligitur, humanitatem Christi in omnibus rebus corporaliter esse, ut omnes vere docti norunt. Satis nanque est ad hypostaticam naturarum vunionem, si diuina humanæ suam communicauerit subsistentiam, ex quo id tantum conficitur, aliquo in loco humanitatem esse, in quo ipsa etiam adest diuinitas.

72 Sicut etiam ad hoc ut anima rationalis corpori sit vnta, necesse non est, ut ubicunque sit anima, ibidem & corpus existat. Nam sic fieret, ut caput esset in pede, & pes in capite, & in quauis alia corporis parte, cum anima ipsa tota sit in toto corpore, & tota in quauis parte ipsius.

73 Quod si hoc argumentationis ge-

nus h̄ic nequaquam procedit, cūm tamē anima & corpus non in hypostasi solum, sed etiam in naturā sint vñita, multō minus in vnione diuarum naturarū in Christo procedet, vbi sola vñio hypostatica reperitur. Rectè ergo & prudenter Aug. de Christi humanitate loquens, dixit: Non est consequens quod in Deo est, ita sit vbiique ut Deus.

*De presentia  
Dei ad Dar-  
danū  
Ep. 57.*

74 Hæc sufficere poterant, præser-  
tim cordato lectori, ad planè refellēdām  
huius noui Vbiquitarij & sectarij argu-  
mentationem, siue assumptum, siue illa-  
tionem expendas. Nam & antecedens a-  
perte falsum, & consecutionem ineptam  
esse satis ostendimus. Ut tamen veritas  
magis eluceat, & omnis dubitandi occa-  
sio submoveatur, apertis Scripturæ san-  
ctorūmque Patrum testimoniis, perspi-  
cuis etiam rationibus, ex fidei fundamen-  
tis deductis, palam faciemus, Christum le-  
cundum assumptionem carnem non vbiique  
præsentem adesse, eadem, qua Diuinita-  
tem, Maiestate, neq. præsentem aliquan-  
do fuisse.

75 Distinctionem tamen, ob varias  
quæ h̄ic se offerunt quæstiones, præmit-  
remus, ne dum vnum errorem extre-  
mum

mum confutamus, alterum illi oppositū confirmare videamur. Siquidem alia quę stio est, An ex eo quòd humanitas Verbo vniita est, vbique corporaliter sit præsens eadem Maiestate, qua ipsa diuinitas. Alia verò, An ea ipsa Christi natura per Dei omnipotentiam in pluribus locis, vel vbique locorum possit existere. Alia denique, An Christi humanitas talem ali quam potestatem sit fortita, qua se ipsum vel vbique, vel in pluribus locis valeat collocare.

76 Hic autē præcipue contendimus, ex hypostatica illa naturarum vniione nequaquam consequi, Christi humanitatem aut vbique, aut in multis simul locis existere: Illud enim constanter tuomur atque defendimus, humanam Christi naturam nec semper fuisse, nec nunc quoq. corporaliter vlo pacto vbique esse præsentem, neque eiusmodi aliquam in ea facultatem esse, qua se vbiq. siftere valeat.

77 Atque rem ita habere, vel hinc facilè sit colligere: quòd caro assumpta, propter hypostaticam cum Verbo vniōne, naturales suas proprietates & affectiones neutiquā amiserit, nec proprietatem aliquā diuinam acquisuerit, vt suprà latē

commonstrauimus. Certo autem loco circumscribi ac definiri, inter naturales corporis affectiones recensetur: sicut & potestas ad existendum ubique ad diuinatas pertinet proprietates. Vnde Damascenus, post illam vniōneim, incircumscriputum, id est, diuinitatem, mansisse incircumscriptum: & circumscriptum, id est, humanitatem, circumscriptum mansisse afferit. Non est enim, inquit, coextensa caro cum eius incircumscripta diuinitate. Idem ferè Gregorius Nazianzenus & Aug. de pres. alij Patres de eadem Christi humanitate docent.

Marti. 1.c.4.  
&c.

lib.1.c.17.

lib.3. de Tri.  
c.16.

lib. de immē-  
siitate diuini-  
tatis Fili  
Dei.

78 Huc accedit, quod potentia ad existendum, & re vera existere ubique, soli Deo ita est proprium, ut nulli alteri attribuatur. Sola namque diuinitas, ut Damasceni verbisvtamur, est infinita, incircumscripta, incomprehensibilis: cetera verò certo quodam loco definiuntur. Hinc Alcuinus dixit, Solius diuinitatis fuit loco non contineri. Et Fulgentius: Hæc est Trinitas vnu Deus, qui sicut potuit solus vniuersa condere, sic potest omnia solus implere.

79 Hoc autem omnibus usque adeo certum semper fuit atque persuasum, vt Ambro

Lib.3.c.3

Ibidem c.7.

Epist. ad Ce-  
lido.

Aug. de pres.  
dei.

Marti. 1.c.4.  
&c.

Ambrosius, tanquam firmissimo argu-  
mento, Spiritus sancti diuinitatem con-  
tra Eunomium probare volens, in hæc  
verba loquatur: Cùm omnis creatura cer-  
tis naturæ suæ sit circumscripta limitibus,  
quomodo quis audeat Spiritum sanctum  
creaturam appellare? qui non habet cir-  
cumscriptam determinatamque virtu-  
tem, qui & in omnibus & vbiique semper  
est: quod vtique diuinitatis & domina-  
tionis est proprium. Hæc ille. Et Cassiod.  
super illa verba: Quo ibo à Spiritu tuo,  
&c. Cùm tali prædicatione vbiique Spir-  
itum sanctum esse noscamus, dubium nō  
est, Spiritum sanctum coæternum & co-  
æqualem Patri & Filio reperi. Hieron.  
Ex quo intelligimus Deum esse, qui to-  
tus vbique sit. Si ergo Christi humanitas  
non est circumscripta, sed vbique sem-  
per omnibus rebus creatis adest, vt hic  
Vbiquista docet, non est creatura sed  
Deus, vt colligunt Ambrosius, Hieron. &  
Cassiodorus, quia solus Deus vbique est.

80 Adhæc, si Christus Dominus se-  
cundum humanitatem, propter hyposta-  
ticam naturarū vunionem, in omnibus re-  
bus existeret, vt ipse Deus, fieret sanè vt  
à primo conceptionis suæ momento, v-

lib. i. de Spi-  
ritu sancto.

In Psal. 138.

Ibidem.

Thesi. 54.

bique fuisset, in cœlo, in terra, in mari, in  
inferno: si quidem ab eo tempore huma-  
nitas diuinitati personaliter vnta est.

81 Sed aliter scriptura nos docet, dū

**Matt. 4.** affirmat, Christum super terram & mare  
**14.** ambulasse, totam Galilæam circumiuisse,  
**4.** ex uno loco in alium subinde commigrati-  
se, & ianuis clausis ad discipulos introiis-  
**Ioan. 2.** se, nec falsum esse potest illud, Gaudeo

**Ioan. 11.** propter vos quia non eram ibi: item, sur-  
rexit, non est hīc. Non enim verè moueri

**Mar. 17. &c.** aut motu defatigari potest, aut ab aliquo  
loco abesse, iquod omnem occupat lacū,  
quocunque demum id modo fiat. Vnde

Athanasius sic ait: Eius est ire & venire,

qui aliquibus locorum terminis circum-

In disputatio ne contra Ar-  
rium super illa verba Va-

do ad Patrē. brosius quoque de eadem Christi huma-

De fide ad Gratia.lib. 2. nitate loquens, in hæc verba docet: Neq-

c. 4. enim Deus de loco ad locum transfit, qui

Tomo 12. con- ipse est qui venit. Et Gregor. Nyssenus.

tra Euno. Qui dicit, Vado, localem discessum signi-

ficat: & paucis interiectis: Quod autem

per omnia graditur & in omnib. existit,

& omnia continet, non habet quò disce-

dat eò quod à diuina plenitudine nihil

est

est vacans. Et S. Maximus: In sanctis Euangelio de Domino scriptum est: Postridie voluit Iesus ire in Galilæam. Ire nimis voluit quatenus ibi non erat: Non erat autem humanitate, diuinitate enim ubique est. Quid ad dilucida hæc Scriptura & Patrum testimonia respondebit Schmidelinus: nisi forte cum Manichæo dicat & sentiat omnes motus & operationes Christi non veras, sed phantasticas fuisse.

82 Adde, quod si ab eo tempore, quo Deus incarnatus est, eius humanitas ubique existeret, aperte consequeretur, illum priusquam ex matre Virgine nasceretur, extra maternum uterum corporaliter fuisse: & postquam in lucis ædibus fuit, in utero nihilominus sicut antea erat remansisse, & ex utero proinde materno exiuisse nunquam. Id autem constat absurdum esse, & veræ nativitatis rationi plane contrarium.

83 Iam si Christus ubique praesens corpore aderat, ergo ubique loquebarur, ubique patiebatur, siquidem unum & idem os, eadem lingua, idem corpus non potest in uno, nec in diuersis locis actiones illas exercere, & simul ab iisdem vacare.

84 Denique. Scriptura & omnia Fidei Symbola coclamant, Christum post mortem

ad inferos descendisse, & post suam resurrectionem ad cœlos ascendisse, non quidem secundum diuinitatem, sed secundum humanitatem, secundum quā Christum tunc nondum in cœlis fuisse Patres omnes simpliciter & absque distinctione vlla contestantur. Vnde sic ait Cyprianus: Ascendit ergo ad cœlos, non ubi Verbum Dei antea non fuerat, quippe qui erat semper in cœlis, & manebat in Patre: sed ubi Verbum caro factum non fedebat. Et Gregorius. Cum Christus per humanitatem ascenderet in cœlum, per diuinitatem terram pariter cotinebat & cœlum.

85 Quare vniuersus Patrum chorus, locum illum Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo: non aliter exposuit, quam Filium hominis ratione deitatis, propter idiomatum in persona communicationem, tum temporis in cœlis fuisse, cum adhuc in terris nobiscum veraretur: quemadmodum etiam propter eandem ~~Idem~~ <sup>Mater novicæ</sup>, Deus passus, mortuus & sepultus rectè dicitur. Hinc Augustinus: Secundum hominem in terra erat, non in cœlo ubi nunc est, quando per Ioan. sic dicebat: Nemo ascendit in cœlum: quamvis

<sup>De praesentia</sup>  
dei ad Dard.  
& tractat su  
per Ioan.

uis secundum quod Filius Dei erat, esset  
in cœlo, secundum verò quod Filius ho-  
minis erat, adhuc esset in terra; nondum-  
que ascendit in cœlum. Et Chrysostomus:  
Filium hominis hoc loco non carnem,  
sed à maiori substantia totum se ipsum,  
ut sic dicam, intelligit. Hic namq. ei mos  
est, ut nunc à diuinitate, nunc ab huma-  
nitate totum nuncupet. In eundem quo  
que sensum Beda loquitur: Non, inquit,  
caro Christi descendit de cœlo, neque an-  
te tempus ascensionis erat in cœlo; nisi  
quia una Christi persona est in duabus e-  
xistens naturis. Damascenus etiam eisdé  
consentit, dicens: Propter unitatem per-  
sonæ Filius hominis ante passionem se in  
cœlis esse confessus est. Et Fulgentius: Ut  
immensitatem diuinitatis suæ in terra po-  
situs demonstraret, & secundum homi-  
nem, quem susceperebat, in terra positus,  
secundum Deum, quod semper erat, pre-  
sentem se etiam cœlo doceret, ait: Nemo  
ascendit in cœlum, &c. Non quia huma-  
na Christi substantia ubique fuisse diffusa,  
sed quoniam unus idemque Dei Filius  
atque hominis filius, verus Deus ex Pa-  
tre, sicut homo verus ex homine, licet se-  
cundum veram humanitatem suam lo-

ait: Ecce hic  
erat, & in cœ-  
lo erat: hic  
erat carne, &  
in cœlo erat  
diuinitas, in  
mo ubique  
diuinitas.

Idem sermo.  
27. super  
Ioan. & Psal.  
75. Homil. 26.  
super Ioanne

lib. 3. cap. 3.  
Ioan. 4.  
Lib. 3. cap. 3.

Lib. de immē-  
ritate Filii  
Dei.

Theoph. glos.  
fa int. Euthy-  
mius,  
Rupertus,  
Cyril. in Ioā.

caliter tunc esset in terra, secundum di-  
uinitatem tamq[ue] (quæ loco nullatenus  
continetur) cœlum totus impleret & ter-  
ram. Hæc ille. Idem Theophylactus & re-  
liqui tam Græci quam Latini interpretes  
sentivint.

Hilarius. 10.  
de Trin. 3.  
Alcuinus lib.  
3. de Trin.  
cap. 13.  
Ansel. in Eph.  
4. &c.  
Berna. Serm.  
18. & 19.  
In prefation.

86 Hic iam est opere preicum memi-  
nisse lectorum; quod Schmidelinus ipse  
recte & verè, Lyrinensis personam indu-  
tus, præfatur, horrendum peccatum esse,  
si quis noui dogmatis autor existat vel  
propagator, cuius Christum, Apostolos  
& Prophetas non habet autores. Quan-  
tò igitur est hoc crimen & piaculum ex-  
crabilius o Schmideline censendū: quod  
tu cum paucis nouum & tot seculis inau-  
ditum dogma contra Christum, Prophe-  
tas, Apostolos & omnes Doctores inue-  
lisatque propagass nempe Christum nō  
solum ratione divinitatis, sed etiam ratio-  
ne humanæ naturæ corporaliter ubique  
præsentem adesse: cum haec tenus Ortho-  
doxi omnes viranimi consensu, unum  
hoc ratione solius divinitatis Christo at-  
tribuendum esse docuerint, expressaque  
dixerint eum secundum humanitatem  
non esse ubique præsentem.

87 Verum ut nonnulla Scriptura lo-  
ca à

ca à nobis allata , & iuxta sanctorum Patrum sensum explicata, peruerat, forsan ad illam triplicis distinctionis, quam construxit, arcem, cōfugiet. Vult enim vnius Thesi. 35.  
 eiusdémque corporis Christi triplicem esse considerationem, vnam Physicam, Thesi. 36.  
 qua ipsum naturalibus proprietatibus & affectionibus subiectum fuit, quod patible, inquit, appellamus, & eo modo non Thesi. 35.  
 vbique præsens esse fatetur. Alteram, qua Thesi. 37.  
 corpus Christi iam est & dicitur impati-  
 bilitate, ratione gloriae, sed ne hoc quidem modo  
 modo vbique illud existere asseuerat, sed Thesi. 35.  
 in cœlo duntaxat. Tertiam Maiestatis, Thesi. 38.  
 qua corpus in diuinitatis consortium as-  
 sumptum, in pari gloria est, & Maiestate cum  
 Verbo, à quo in ynitatem personæ assumptum  
 est, & hac ratione omnibus rebus  
 eadem Maiestate, qua diuinita-  
 tem, corpus Christi præsens adesse de-  
 cernit.

88 At incassum laborat noster Vbi-  
 quitarius, in hac noua distinctione fabri-  
 canda, siquidem ea cōsistere non potest,  
 cùm illam Maiestatis vunionem, vnde  
 suam illam tertiam cōsiderationem deduc-  
 cere conatur, quò aperta sacræ Scripturæ  
 testimonia facilius deprauet atq. eludat,

I. ij.

satis perspicue iam ante ostenderimus,  
falsam & ineptam esse: Patribus verò tam  
recentioribus, quām vetustioribus haęte-  
nus incognitam prorsus & inauditam es-  
se. Atqui in rebus tanti momenti maxi-  
méque ad fidem pertinentibus, nulli fas  
sit nouas pro arbitratu suo distinctiones  
Epist. 5. fingere, aut sacram Scripturam, vt beati  
Clementis verbis vtamur, secundum pro-  
prij ingenij intelligentiam legere aut do-  
cere, sed ex Patrum traditione. Etenim  
non pauca verba passim in Scripturis oc-  
currunt, quæ trahi possunt ad eum ien-  
sum, quem sibi unusquisque sponte præ-  
sumpsit. Sic Clemens. Imò, vt ait Cyrillus  
& experientia ipsa aperte commonstrat,  
Hæretici omnes de Scripturis diuinitus  
inspiratis, erroris sui colligunt occasio-  
nes, & ea, quæ à Spiritu sancto dicta sunt,  
sua malitia corrumpunt.

89 Ad rem redeamus. Si ex vnione  
illa hypostatica Christus Dominus hoc  
est consecutus, vt rebus omnibus secun-  
dum humanitatem præsens adesset, ergo  
priusquam in ultima illa cœna Eucharis-  
tiam confecisset, corpus & sanguis ipsius  
in pane & vino præsentia contineban-  
tur, vt nunc in Sacramento Eucharistiae  
conti-

Epist. ad Pau-  
lum Antioe.  
recitata in  
Chalce. Syn.

continentur: cùm panis & vinum ante  
verba cœnæ prolatæ, res quædam essent.  
Quocirca secundum huius Vbiquistæ  
sententiam, qui corpus & sanguinē Chri-  
sti in Sacramento Eucharistiae cum sub-  
stantia panis & vini simul esse configit,  
corpus & sanguis Christi, non aliter nūc  
in Eucharistia essent, quām fuissent, etiā si  
verba cœnæ Dominicæ nunquam à Chri-  
sto essent pronunciata.

90 Id autem quis vnquam dicere vel  
cogitare ausus fuit præter hunc Vbiqui-  
stam? qui Lutherum tot sectarum Anti-  
stitem & Magistrum secutus, vt ipse te-  
statut, veritus non est, tantam & tam in-  
usitatam blasphemiam, contra vniuer-  
sam Ecclesiæ Catholicæ traditionem ef-  
futire. Et gloriatur adhuc, in illo suo Vbi-  
quitatis commēto Lutherum non parui-  
pendendum robur sententiæ suæ posuisse,  
eundēmque constanter affirmasse, vel  
ea sola Vbiquitate, veram corporis & san-  
guinis Christi præsentiam asseri & confir-  
mari posse, si maximè verba cœnæ nun-  
quam à Christo dicta essent.

91 Quid mirum verò si nouator iste  
nihil ibi absurditatis animaduerterit, qui  
non modò in pane & vino, verum etiam

Ad Lectorem

in hordeo & feno & quibuslibet rebus;  
 licet vilissimis (quod pudor est referre)  
 eodem modo corpus & sanguinem Chri-  
 sti adesse, sicut in Sacramento Euchari-  
 stiae comminiscitur. Verum facessat im-  
 pietas, non ut fenum vel hordeum, iu-  
 mentorum pabulum, pij omnes habent  
 Eucharistiam, quam ut panem viuum,  
Ioan.6.  
Psal.77. qui de cœlo descendit, Angelorum cibū,  
 diuinis honoribus cum sancta Ecclesia  
 summo iure prosequuntur.

92 Tandem vtcunque imaginetur,  
 & somniando sensa sua interpretetur,  
 tueri tamen nulla ratione potest, corpus  
 Christi, & vbique corporaliter præsens  
 adesse, & vero Physicōque ac corporeo  
 motu moueri, cum id tantum corporeo  
 motu ferri agitarique dicatur, quod ex  
 uno loco transit in alium, ubi prius non  
 erat corporaliter.

93 Sed nec ullo etiam modo fieri po-  
 test, vt idem Christi corpus in uno eo-  
 demque loco circumscriptum sit & incir-  
 cumscripsum, definitū & indefinitū, visi-  
 bile & inuisibile, patibile & impatibile,  
 quod tamen iste Neoteologus, modò  
 sibi constet, fateri cogitur.

94 Adhæc ne fingi quidem, animōve  
 conci-

concep*t* potest, corpus Dominicum ante Christum passum in pari gloria & Maiestate cum Verbo ubique fuisse, & nihilominus pati & mori potuisse. Quomodo enim id, quod dolori, passioni, morti, ceterisque humanis miseriis obnoxium est, eadem cum Verbo, gloria & Maiestate præditum esse, aut dici queat?

95 Quod si dixeris, ante resurrectionem corpus Christi non fuisse in omnibus iesibus eadem Maiestate & gloria, qua Verbum, consequens est, ante resurrectionem corpus Christi, non fuisse cum diuinitate hypostaticos vnitum, si quidem, ut tu somnias, in gloriæ & Maiestatis communicatione unio hypostatica consistit. Alterum itaque Schmideline ex duobus afferas oportet, aut corpus Christi ante passionem æquali gloria & Maiestate cum Verbo præditum fuisse, quod alicubi haud obscurè doces; aut ipsum ante resurrectionem cum Verbo non fuisse vnitum hypostaticos: utrumque autem impium est & hereticum.

96 Quocirca qui afferit cum isto Vbiquitario ac pertinaciter defendit, corpus Christi à conceptionis suæ tempore,

vbiique, hoc est, in cœlis, in terra, & in inferioribus terræ partibus, eadem Maiestate & gloria, qua diuinitatem, corporaliter vbiique semper præsens fuisse, is reuestra negat Christum secundum humanam naturam nouem mensibus in materno vtero fuisse conclusum, & ex eodem in hanc lucem editum, negat eum passum, in crucem sublatum, mortuum, sepultum iterumque ex sepulchro suscitatum, negat eundem ipsum ad inferos descendisse, & inde reuersum ad cœlos ascendisse, negat denum ad iudicandum viuos & mortuos tandem aliquando redditum.

In Epist. ad Nest.

Cypria. in ex positi. Sym.

Athæ. disput. cœtra Ariū.

Ambro. lib. 2. de Fidei ad

Gra. c. 4.

Gregor. Nys.

Tomo 12. contra Eun. Au-

gust. de præf. Dei. ad

Dardanum.

Tract. 12. Su-

per Ioan. &c.

Greg. Nazia.

97 Nos igitur cum Ephesino Conclio Christum, ut Deum, omnia replere & repleuisse dicimus, etiam cum adhuc parvulus esset. Nam quod diuinum est, sine quantitate & mole esse agnoscitur. At secundum humanitatem Christum vbiique esse vel fuisse, cum toto sanctorum Patrum ordine pernegamus.

98 Nec ideo tamen quod Christum secundum corpus vbiique esse inficiatur consequens est, eum facta nostra, nostrâ ve cogitationes ignorare, aut secundum humanitatem assumptam apud Deum & Pa-

& Patrem pro nobis nō intercedere, aut nullam rerum nostrarum curam gerere. Quin imò licet absens corpore sit, ita tamen perfectè in sua diuinitate, quē nūf- quā deest nostra omnia nouit ac perscrutatur, ut nihil eum latere queat, nec securus pro nobis interpellat, nostrāque gubernat & b quā ad salutem nostram faciunt, procurat & operatur, ac si corpore præ- sens adesset.

99 c Sed nec ipse solus rerum huma-  
narum, tametsi abiens corpore sit, cura-  
tangitur, verum etiam Sancti & Beati om-  
nes ad paternam hæreditatem iam admisi-  
si, pro nobis intercedunt, quicquid vete-  
res & noui Vigilantiani obstrepant, rēsq.  
nostras multo melius ac fœlicius procu-  
rant, quam si corpore eos presentes ha-  
beremus.

100 Vbi nobis prætereundum nō est  
quod alicubi Schmidelinus ita loquitur.  
Humanitas Christi eadem Maiestate res  
presentes habet rebusque præsens est, qua  
Diuinitas, et si alio modo fiat in Diuinita-  
te, quam in humanitate, quia humani-  
tas manet creatura. Hæc ille. Qui cauto-  
silentio tegit, quisnam ille modus esset,  
videbat enim Deum non aliter vbiique  
præsentem existere, quam illimitatum,

Epist. ad Celi.  
Grego. i. Hō.  
Mar. 16.  
Maxim. disp.  
cum Pyrrho.  
Beda Ioan. 3.  
Theoph. Ioā.  
3. Cassio. Psa.

138.  
Euth. Rup.  
Ioan. 3.  
Alcuin. lib. 3.  
de Trini. c. 13.  
Ansel. Eph.

4.  
Damasc. li. 1.  
c. 17. & 3. e. 3.  
Ruffi. in suo  
Symbolo.  
Bern. Ser. 18.

19.  
Fulgenti. lib.  
de immensa-  
te Filii Dei  
&c.

Pet. Lombar.  
3. libro d. 12.  
a Rom. 8.  
b Hebr. 7.  
c Cōc. Turō.  
1. c. 13. in rescri-  
pto Ioan. Hie-  
ros. Epist. & E-  
pis. qui sub il-  
lo sunt, recita-  
to Syno. Cōst.  
a act. 1. & Ma-  
rian. ibidem  
Cōc. Cabilo-  
nen. c. 1.

6. Synodo. a-  
ctione 13. in  
Liturgia S2-  
cti Iacobi, Ba-  
illi. Chryso-  
stomi &c.  
Thesi. 18. 39.

& incircumscrip<sup>tum</sup>, totum in toto insi-  
do, & totum in singulis eius partibus,  
quo omnino modo humanitatem ubi-  
que presentem esse prius astruxerat. Qua-  
re non alio modo humanitatem omni-  
bus rebus adesse, quam diuinitatem, ex e-  
ius principiis recte concluditur.

Thesi. 41.

De presentia  
dei ad Dardanum.

101 Illud autem diuina quadam pro-  
videntia effectum videri potest, ut ad ex-  
plicandam suam illam humanitatis Chri-  
sti Vbiq[ue]itatem, nullius Patris sententiā  
aut exemplum attulerit, præterquam v-  
nius Augustini, qui istum ex professo er-  
rorem impugnat atque refellit. Vnde &  
nullum iste citat locum peculiarem, vbi  
Augustinus hoc doceat, quod ipse illi fal-  
sò tribuit, sed tantum allegat Lutherum  
sic afferentem.

102 Ostendimus haec tenus ex sacris  
literis, Concilijs, Patribusque & totius Ec-  
clesiae Catholicae consensu, quid sit hypo-  
statica naturarum in Christo vnio, quan-  
tique Christi Maiestas & eminentia, vn-  
de manifestè deduximus, Christum secū-  
dum corporalem humanitatis præsentia  
non esse omni in loco, eadem Maiestate,  
qua Deus: id quod Schmidelinus Vbiq[ue]  
tarius, tanquam accommodatissimū omnis  
erroris

etrotis & absurditatis operculū, ex falsa hypostaticē vniōnis intelligentia imperitiū colligebat. Illud vnū supereſt explicandum, vbinam locorū Christus Salvator noster secundūm præsentiam corporalem contineatur.

<sup>103</sup> Si igitur consideramus Christi corpus ut visibile & circūscriptum est, ea nimurum forma, qua Christus in hoc mūdo conuersatus & in cœlum assumptus est, vt omnino ita considerari oportet verum corpus humanum. neq. enim diuerfa, aut plura numero corpora habuit Dominus.

<sup>104</sup> Hoc inquam modo in cœli tantum Christus Dominus modò habitat, nō quidē totius cœli ambitū suo corpore impletus, non enim dilatatur neq. in immensum diffunditur, aut multiplicatur. huiusmodi enim humani corporis veritati omnino aduersantur, vt etiā hic Autor asseuerat, sed certām quandā cœli partē secundūm quantitatis suæ modum occupans, quemadmodum & cætera Beatorum corpora olim occupabant.

<sup>105</sup> Huc spectat, q̄ alicubi dicit Augustinus, Christus (inquit) visibilē hominis formam accepit, non solum natus in ea, sed etiam ascendit in cœlum & sedet ad dextetam Patris in ea. Et alibi: Chri-

2. lib. contra  
Max.

De præsentia  
Dei ad Dar-  
danum.

stum Dominum ubique præsentem esse non dubites, tanquam Deum, & in loco aliquo cœli propter h[ab]eri corporis modum. Atque hoc eodem modo Scripture & Sancti omnes loquuntur cum Christū in cœli tātū existere, aut circunscriptū esse asseuerant.

106 Constat mediocriter eruditis cœli illud Beatorum domicilium, locum esse corporeum, & sicut cætera corpora quantitate esse etum, quamvis qualitatibus illis destituatur, quæ locum Physicū constituunt atque naturalem. Quapropter vel inuitus aduersarius fateatur necessarium est, in cœlo locum esse, non quidem Physicum seu natutalem, sed Matematicum & cælestem, nisi dicere maluerit, Beatos omnes nusquam esse, qui non alibi quam in cœlo illo continentur.

107 Nec tamen Christum cæteros que beatos vni cœli parti, veluti conchas marinas, scopulis affixos, aut veluti stipiti alligatos teneri existinabimus. Hæc enim conditio miserrima foret, & cum glorificatorum corporum felicitate planè repugnans, tantum abest ut hoc illis proprium sit & necessarium, ut noster Vbi quista somniat. Sed pro liberrima voluntate

tate sua cœlites moueri posse, & interdū  
etiam moueri intrepidè profitemur. Cu-  
ius modi autem motus talium corporum  
sint futuri, temerè definire (inquit Augu-  
stinus) non audeo, quod ex cogitare non  
valeo: tamen & motus, & status sicut &  
species ipsa decens erit. Certè ubi volet  
spiritus, ibi protinus erit corpus, nec vo-  
let aliquid spiritus, quod nec spiritū pos-  
sit decere nec corpus. Hæc Augu-  
stinus.

Lib. 22. de Ci-  
uitate Dei. c.  
vlti.

108 Sanctorum porro fœlicitati non  
repugnare quòd in loco sint aut de loco  
in locum moueantur, ex eo liquet, quòd  
quocunque tandem ferantur, priuari nō  
possunt summo æternóque bono, Deo  
scilicet, quem intra se se possident fœli-  
cissime.

109 Hinc est quod scriptura sacra te-  
statur, administratorios illos spiritus, in mi-  
nisterium aliquod missos, ad nos sæpe de-  
scendere, & nobiscum manere eos, qui nostræ  
custodiæ sunt addicti, Christum præterea Sal-  
uatorē nostrum, post resurrectionē suam,  
cum iam perfecta simul animi & corpo-  
ris beatitudine potiretur, toto quadra-  
ginta dierum spatio in hoc mundo hæsis-

Hebreæ. 2.  
Gene. 16.  
Tobi. 3. &c.  
Luc. 1. 2. &c.

Ator. 2.

Matt. 27.

sc, variisque in locis apparuisse, & tandem ad cœlos ascendisse: Tum multa corpora sanctorum cum Christo resuscitata in sanctam Ierusalem introgressa esse legimus, quos tamen, ideo beatitudinem aut non habuisse, aut habitam, vel ex toto, vel ex parte amisisse, nemo unquam recte putabit. Et hæc satis de veri corporis Christi consideratione & loco dicta sint.

Præterimus cōsultò, ne scimus longiores, reliquas Schmidelini tam absurdas quam impias opiniones, quas ex præclaro illo Vbiq[ue]itatis fundamento colligit atque deducit. Nobis enim propositum fuit ea, quæ ad Christi Maiestatem afferendam pertinēt, & à Schmidelino per quam iniquè traduntur, ad normam Catholicæ veritatis reuocare & breuiter explicare.

**A N I M A D V E R S I O -  
N E S I N N O V V M I L -**  
**lud Doctrinæ Corpus, quod  
Repetitio seu Expositio con -  
fessionis Augustinæ inscri -  
bitur.**



# ANIMADVERSIONES

IN NOVVM CORPVS DO-  
ctrinæ quorundam Theologorū Ger-  
manorum, quòd Repetitionē, seu ex-  
positionem, &c. vocant.

## I

**R**I A sunt præcipue de quibus iudicium nostrum expetere vide-  
mini. Primum: An hoc scriptum  
(quod vocant Repetitionem, sed exposi-  
tionem vnam, perspicuam, rectam  
ac postremam, quorundam articulorum  
confessionis Augustanæ, de quibus inter  
ipsorum Theologos mota est ante ali-  
quot annos, controuersia, &c.) contineat  
ulla noua dogmata, que doctrinæ Christia-  
næ in Ecclesiis Helueticis, & Allobrogi-  
cis (cum quibus vos haetenus in doctrina  
semper consensistis) iam dudum constan-  
ter receptæ & prædicatæ, aduersentur.

II Deinde, An damnetur hoc li-  
bro ulla pars eius doctrine, quam nos pro-  
fitemur.

III Postremo, An hoc scriptum pro-

be

bē in omnibus cum confessione Augustana conueniat, & iisdem cum illa fundamētis nitatur.

Cūm vero inuocato ante omnia diuino Numine totum hoc scriptum perlegissemus, atq. diligenter singula cum verbo Dei conferentes, expēdissimus: Comperimus annotauimūisque bona fide, ea quæ sequuntur.

*De auctoritate & inscriptione huius libri.*

Primum: Cūm pollicentur libri huius auctores summam, integrāmque omnium dogmatum, quæ inter Augustanę confessionis professores, ac Theologos controuerſa esse cœperunt, decisionem ac consensum: non explicare tamen eos vllibi qua auctoritate, aut à quibus, aut quomodo fuerit liber hic compōitus: Et tamen magistraliter ( vt scholastico verbo vtamur) in eo tū decisiones suas tum aliorum condemnationes, concipere & pronuntiare: Hæc autem agendi ratio prorsus est intolerabilis in Ecclesia Dei, in qua si quæ vnquam dissidia de rebus alicuius momenti orta sunt, in liberis

legitimisque semper Synodis solita sunt  
decidi: & componi: auditis prius liberè, &  
piè examinatis utriusque partis rationi-  
bus & argumentis: iisque vel receptis, si  
cum sincero verbo Dei conuenirent, vel  
repudiatis si cum illo pugnare conuince-  
rentur. Hoc verò ipsum est, quod & Lu-  
therus, & Ecclesiæ omnes Christianæ à  
Regibus, & Principibus, aduersus Pa-  
pam eiisque asseclas, semper expetiue-  
runt.

Quod si aliquando certis quibusdam  
viris, eiusmodi controversiarum com-  
positio commissa est, electos illos prius  
communi Synodi alicuius consensu ful-  
se oportuit, ad quam postea omnia refer-  
rentur. Quum igitur contraria omnino  
ratione, hoc scriptum conceptum fue-  
rit, nec debet nec iure potest à quoquam  
propter incommoda quæ inde conseque-  
rentur, aut recipi aut probari, multoque  
minus temere subscribi: ne si quidem do-  
ctrinam omnino puram cötineret: quod  
quidem de hoc scripto ( quantum nos ex  
verbo Dei iudicare potuimus ) dici non  
potest.

Quod si fortasse prætexere Principum  
quorundam autoritatem audeant, quoru-  
m*m* iussu

iussu aliquot Theologi conuenerint, vt de componendis controv ersiis in Religionis negotio rationes inirent; hoc tamē tantam autoritatem huic scripto conciliare non potuit, vt pro vnanimi, & ab omnibus Germanicis ecclesiis recepta cōtrouersorum dogmatum decisione statim agnoscī debeat, atque omnib, obtrūdi, vt sine publici & generalis Synodi exāmine & approbatione syngraphis omniū ob signetur. Neque hīc dissimulare possimus peruenisse ad nos exemplar respon sionis, seu potius cōsilij, q, sex illi Theologo (qui huius libri authores, aut compila res fuisse ab omnibus perhibentur) Berge apud Magdeburgum ad 5 Calend. Quintileis nuper congregati illustrissimo Prin cipi Duxi Saxoniæ obtulerunt: Quo res ponso apparet ipsos mandati fines non solū transiliisse sed planè pervertisse. Nam quum scriptum quoddam dunataxat examinandum sibi à Principe fuisse propositum ipsimet fateantur, vt ad Celsitudinem ipsius suum de eo iudi cium referrent: ac simul de publica & generali Synodo ( siue conuentu om pium ordinum Imperij qui Augusta nam confessionem profitentur) cogenda

cogitarent, in qua liber ille offerri, propo-  
nique (cum aliis, quæ ad concordiam Ec-  
clesiarum necessaria viderentur) commo-  
dè posset: Illi cōtra statuunt non expedi-  
re ut vlla Synodus, de doctrina hoc scri-  
pto contenta (quam sciunt, agnoscent &  
fatentur, plerisque tū Principibus atq. or-  
dinib⁹ imperij Augustanæ confessionis tū  
quamplurimis eorum Theologis. & pasto-  
ribus non probari ) cognoscat & iudicet.  
Sed tutius fore si pri⁹ subscriptiones à sin-  
gulis Theologis eorum ordinum ( quos i-  
sti certò statuunt, secum sentire) cautè ex-  
torqueantur ad eius approbationem. Ita-  
que piam Principis mentem isti sic elu-  
dunt, & consilium fraudulentum & peni-  
tus iniquū ac verè tyrannicū suggerunt.

Qua fronte igitur aut Principis au-  
toritatem prætexere, vt huic scripto publi-  
cam auuthoritatem acquirant, quia ipsis e-  
ius inspectio à Principe commissa est:  
aut vnanimē in doctrina consensum hoc  
scriptum inscribere ac tanquā publicè ab  
omnibus approbatum venditare audent?  
quod à pauculis tantum sex nimirum, vt  
aiunt, scriptū, probatum, & qua voluerūt  
forma compactum est. An non hoc est a-  
lienæ fidei dominari, ac tyrannidem in  
Eccle-

Ecclesiam usurpare: si paucorum hominū placitis reliqui omnes sine disquisitione quoquo iure, quaque iniuria subscribere vel iubeantur, vel cogantur? Hæc ergo primum intolerabilis est arrogātia, quæ olim à D. Lutherō, hodie tum à nobis, tū ab istis meritò in Pontificiis reprehendit, & damnatur: quod scilicet priuatorum hominū scripta Dei verbo exæquafas non sit. Quid autem aliud faciunt isti, dum clandestinis suis consiliis hoc agunt apud Principes, ut nemini liceat in hoc suum scriptum inquirere, sed cogantur omnes illi assensū præbere & subscribere, tanquam certissimæ fidei Regulæ? Audiāt quæso, quomodo D. Lutherus in eiusmodi usurpatam auctoritatem (qua si bi vnis Pontificij de aliorum scriptis iudicium arrogānt, cum à nemihie tamen sua decreta iudicari patiantur) inuehatur, Vbi manet (inquit ille contra Erasmtim defruo arbitrio) libertas & potestas iudicandi Decretores illos? vt Paulus i. Cor. 14. docet, dicens, Ceteri diiudicent. Non placet tibi esse iudicem in Decretis Ecclesiæ (quod Paulus tamen præcipit) Quæ ista noua religio, & humilitas? vt nobis tuo exemplo potestatē adimas iudicandi de-

creta homintini. & subiicias nos sine iudi-  
cio hominibus? Vbi nobis hoc mandat  
scriptura Dei? Hactenus Lutherus, cuius  
verba, an non meritò in istos Theologos  
vsurpari possunt qui alius omnibus sua  
placita præscribere audent: & interim mi-  
ris artibus libertatem diiudicandi Eccle-  
siis adimere conantur: ac tantumdem au-  
ctoritatis humanis suis scriptis arrogant,  
quantum solis scripturis sanctis deberi o-  
mnes orthodoxi semper confessi sunt?  
Quid hic pontificij: Annon iure conque-  
rentur ad priuatum istos Doctores collo-  
quium accitos, plus sibi iuris & authorita-  
tis usurpare in Ecclesiis, quam ipsis toti pa-  
pistico Clero in unum publicè conuoca-  
to concedere velint? En quomodo non  
se duntaxat, sed Ecclesiis omnes Germia-  
niæ, aduersariorum fannis, atque expro-  
brationibus exponant: & pios simul om-  
nes hoc suo fastu & arrogancia offendat  
& irritent. Taceo de Dei excandescientia  
in eiusmodi arrogantes iuris sui usurpa-  
tores. Non est ergo quod de auctoritate  
huius libri magnopere vel ipsis glorietur,  
vel pij homines sint de eius subscriptio-  
ne deneganda solliciti. Ea enim planè nul-  
la est, cum nec Ecclesiasticum eiusmodi

scri

scriptum dici, nec Theologicum mereatur, utpote contra morem veteris Ecclesie, & non à Theologis, sed potius à factiosis hominibus conscriptum: qui nihil faciunt Ecclesiarum iudicium, sed omnibus semel os obstruere hac sua finali seu postrema, ut vocat determinatione satagut: damnatis omnibus qui illis assentiri recubunt:

*De Praefatione.*

**S**ecundò assumunt quidem huius scripti auctores in sua præfatione pro basi & fundamento suarū decisionum, Verbum Domini: quod certissimam regulam esse statuunt, ad quam omnes tum doctores, tum doctrinæ sint examinandæ: Quia in re facile cum illis consentimus. Deinde addunt tanquam testes omni exceptione maiores, tria Symbola, nempe Apostolicum, Nicenum, & Athanasij, quæ & nos probamus. In eo tamen ab istis dissentientes, quod Ephesinum, & Chalcedonense omiserint, quorum non minor fuit semper in Ecclesia, quam reliquorum, auctoritas, & quæ idcirco videri possunt ab istis preterita, quod eorum dogmati ex diametro repugnant.

Quod autem tertio loco isti adiiciunt  
Confessionem Augustanam Cæfa-  
ri anno, m. d. xxx. oblatam, eiūsq.  
Apologiam. Item  
Articulos Smalcaldicos. Et po-  
stremò  
Magnam & paruam Lutheri Ca-  
techesin.

Id verò nō ita simpliciter & sine exce-  
ptione recipiendum esse in Ecclesia Dei,  
existimamus: in qua semper discrimē con-  
stitutum est, & obseruatum inter sacram  
verbi Dei scripturam, symbolaq. illa, quæ  
vocant, & priuatorum doctorum scripta  
quantavis doctrina & sanctitate illi ex-  
cellerent. Verbum enim Dei à seipso au-  
toritatē habet inexpugnabilem. Symbo-  
la verò pro authenticis testimoniis ideo  
habita & recepta fuerunt, quod decreta  
& decisiones ex puro Dei verbo commu-  
ni vniuersae Ecclesiæ consensu, decerpitas  
continerent. Non fuit tamen eorum tam  
certa & illibata auctoritas, quin liceret  
semel in eis constituta iterum atque ite-  
rum ad examen & regulam verbi Dei in  
aliis & quæ legitimi Synodis, reuocare &  
exigere, quoties id necessitas requireret.  
Id quod D. Lutherus sonorè & grauitate  
in

in primis illis heroicarum actionum suarum defensionibus palam & voce & scriptis est testatus, cui magnam iniuriam faciunt isti qui haec audent pro irrefragabili diuinæ scripturæ interpretatione omnibus obtrudere. Id vero, apparet vel ex eo quod primum illud oecumenicum Concilium (cuius præcipua semper fuit autoritas) Nicenum videlicet, sepiissime fuit discussum & examinatum, atque toties probatum ac confirmatum, quoties impugnare, & arguere illud quidam ausi sunt.

Quod vero ad Augustanam confessio nem attinet, notum est omnibus (quod tamen sine præiudicio veritatis in ea contentæ dictum sit) neque fuisse primum conscriptam generali omnium principiū, ordinumque Germaniæ (qui Tyrannidē Papæ Romani ciurarant) nomine & consensu, sed septem duntaxat Principum, & duarum ciuitatum: neque postea nisi paulatim modò ab his, modò ab illis approbatam, idq. sine Ecclesiastica vlla disquisitione & examine. Denique, quod non leuioris est momenti, non fuisse unquam ab aliis Ecclesiis vel Helvetiorum, vel eorum qui illis foedere iunguntur re-

ceptam. Vnde duo consequuntur. Primum, et si minimè sit eleuanda eius scripti auctoritas, tamen nulla ratione habendam illam esse sine exceptione profibolo Ecclesiarum, quas reformatas vocant, ut in huius voluminis prefatione appellatur. Deinde etiam si symboli nomen illi competet, tamen subiacere adhuc Ecclesiæ vniuersalis examini, & iudicio per verbum Dei: in quo audiantur libere quivel illi contradicere, vel de eius germana interpretatione disputare contendunt: maximè cum constet ab eo ipso quia tam confessionem, quam Apologiam eius, conscripsit, aliter intellecta & exposta pleraque fuisse, quam à Luthero atque huius libri autoribus exponantur.

Porro Apologiam, confessioni adiectam, (vnde ita volunt peti veram & germanam confessionis interpretationem) nusquam apparet publicè fuisse vel ab ipsis Principibus, atque ordinibus Imperij: vel ab ipsis ipsorum Thelogis subscripta, & sigillis authenticis approbatam. Et existant alia scripta magis authentica, ut confessio Saxonicarum Ecclesiarum (qua & Repetitio Augustanæ confessionis inscribitur) non solum à triginta uno Saxonis

etis Theologis, tam pastoribus, quam do-  
ctoribus solenniter subscripta: sed etiam  
a legatis quatuor Illustrissimorum Prin-  
cipum: Item ab omnibus pastoribus Ec-  
clesiae Argentinensis, & denique a tota  
Ecclesia, atque academia citerioris Pome-  
taniæ, solennibus scriptis & testimoniis  
in Ecclesiastico conuentu wittebergæ, x.  
Iulij Anno 1551. approbata, tanquam  
certa, solida, ac (ut quidā ex illis loquun-  
tur) consummata, magisque clara &  
perspicua Augustanæ confessionis expo-  
sitione, quæ nullis cauillis sophisticis labe-  
factari possit. Ea verò cum pro legitima  
confessionis repetitione & exposizio-  
ne publicè tot annis a tot tantisque viris  
& Ecclesiis probata, edita, atque recepta  
haec tenus fuerit: mirum cur ab istis pro-  
fus silentio prætereatur, aut cur dissimu-  
lent consensum publicum huic potius re-  
petitioni (quamvis multò explicatius, &  
ad nostram de hoc sacramento sententiā  
accommodatius interpretetur articulū  
de Cœna Domini, quam vel Apologia,  
vel Articuli illi Smalcaldici, de quib. isti  
tantum in hoc scripto meminerunt) præ-  
bitum fuisse: quam vllis aliis scriptis ab i-  
stis sex viris in hoc suo libro citatis & pro-

authentica suæ confessionis expositione probatis. Oportuit enim sex istos Theologos (qui hoc suum scriptū Vnanimem Augustanæ Confessionis Repetitionem, & rectam ac postremam expositionem, (ad hanc Apologiam & Simalcaldicos articulos referendam) inscribete & omnibus Ecclesiis subscribendam, obtrudere audient) prius vel fidem facere, quomodo & quando omnes tam Ecclesiarum quam Principes ac Theologi (qui priorem illam solemnni ritu approbarant & subscripterāt) eandem autoritatem in hanc contulerint quam priori illi tribuerant: vel si hoc non possunt, illos aperte ex albo sociorum Augustanæ confessionis eximere: vel denique agnoscere falso se hunc titulum huic libro præfixisse, ut hoc fugo facilius ab incautis subscriptionem extorqueret. Hinc ergo & ipsi Apologiae, & huic scripto omnis autoritas adimitur.

Reliqui autem tractatus, quibus suam doctrinam niti affirmant, ut est Catechesis, tam parua quam magna D. Lutheri, priuati hominis scripta sunt, quem nos certè pro eximio viro, & præ ceteris excellentibus donis ornato, hominem tamen agnoscamus: Cuius vnius sententia

tia omnibus reliquis, fidei normam acre-  
gulam sine controuersia prescribere nec  
potest, nec debet. Nec ille ipse D. Luther-  
rus se eo loco vult haberi, quasi nusquam  
aut errarit aut errare potuerit, sed s̄epe  
contrarium testatur: vt in prefatione ad  
Genesim de suis operibus loquens h̄ec li-  
berè profitetur: Mallem (inquit) pias  
operas & bonas horas in meliorem auto-  
rem collocatas esse: Neque enim ego is-  
sum, de quo dici possit, fecit: neque is de-  
quo dicere possis, faciebat: In ultimo or-  
dine consisto qui vix dicere audet, Volui  
facere: Et v̄tinam essem dignus in hoc or-  
dine ultimo ultimus esse. Et paulò post.  
Denique non ille est optimus qui omnia  
comprehendit, aut nusquam defecit. nul-  
lus enim talis fuit, aut erit. H̄ec ille non  
ficta & hypocritica modestia; sed suam  
(vt reliquorum omnium hominum) te-  
nuitatem, & ad ignoranda multa, imò ad  
errandum quoque proclivitatem ex ani-  
mo agnoscens. Et sanè negari non potest  
D. Lutherum in quibusdam aliquando  
hallucinatum fuisse. Veluti cùm alicubi  
scribit: Liberum cuique esse citra pericu-  
lum salutis, alterutrum imaginari, opina-  
ti, aut credere: Videlicet vel panem re-

manere in sacramento (vt nos omnes à scripturis edocti rectè ac verè credimus, & docemus) vel pane mutato in corpus, sola eius accidentia restare (quod scholastici sophistæ falsò tradiderunt, & totus Papatus perperam opinatur) cùm hīc nulla sit, inquit Lutherus, fidei necessitas. Itāne verò ex Lutheri sententia, impunè scripturam sacram corrumperē cuique liberum erit? Nec transsubstantiatio & quæ eam consequuntur absurdā, contra articulos fidei esse censebitur? Ergo ne quidvis de sacramentis sentire & imaginari cuilibet citra piaculum licebit? Sed hæc fortè Lutherus adhuc nouitius scripsisse dicetur. Illud verò quam durum & ambiguū quod longo post tempore de virginē Maria scriptum reliquit. Tom. 7. f. 402. Nos in Deum fiduciam nostram ponimus, qui à Maria corporaliter & spiritualiter in hanc lucem edi, nec tamen corporaliter nec spiritualiter ab eadem manducari & bibi, voluit. Vnde verò id habet Lutherus: quod si omnimodo verum esset, de Mariæ fide ac proinde de eius salute (vt cætera absurdā non attingamus) meritò dubitari posset: cùm de spirituali carnis suæ manducaōione & sanguinis

bis bibitione quæ sit per fidem dixerit Dominus Ioan. 6. Nisi ederitis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hic certè nemmo fidelium excipitur. Et quod pagina sequenti addit, falsi etiam argui possit. Quocunque, inquit, in scripturæ loco, si bi inuicem opponuntur Caro & spiritus ibi caro non potest de corpore Christi intelligi sed semper de veteri carne quæ de carne nata est. Hæc ille. At qui in fine 3. cap. 1. ad Tim. Caro & sanguis ita opponuntur, ut caro non de veteri carne, quæ de carne nata est: sed de corpore Christi quod ex spiritu sancto in Maria conceptum & sine labe veteris hominis ex Maria natum est, manifestè intelligatur. Sic Deus (inquit Paulus) manifestatus in carne, iustificatus in spiritu, &c. Item Rom. 1. De filio suo facto ex semine David secundum carnem: & declarato filio Dei secundum spiritum sanctificationis. Et 1. Pet. 3. Christus mortificatus carne, vivificatus autem spiritu. Quibus omnibus locis caro pro tota natura humana Christi incorrupta: Spiritus autem pro natura Diuina usurpatur. Possent & alia exempla proferri ex quib. apparel Lutherum.

non solum ut hominem errare potuisse,  
sed etiam manifestè errasse. Ut meritò o-  
ptarit in præfatione suorum operum sua  
scripta cū summa miseratione & iudicio  
legi: ut infra citabimus. Ergo firmū fun-  
damentum fidei esse non possunt D.Lu-  
theri (quantumuis excellentis servi Dei)  
scripta, ut isti volunt.

His omnibus addunt, probari & recipi  
abs se tanquam authentica testimonia  
suae doctrinæ, aliorum etiam doctorum  
scripta, quæ ante controværias de vera  
Augustanæ confessionis interpretatione  
inter ipsorum Theologos ortas, edita &  
recepta fuerunt. Hoc verò vti ab ipsis di-  
citur nullo pæsto admitti debet, cùm ne-  
que scriptorum nomina, neque tempus  
vllum certum exprimant, quo scripta il-  
la in lucem prodierunt. Tanta enim re-  
peritur scriptorum varietas vt nemini  
constare certò possit, quæ probanda,  
quæve improbanda sint.

Habuerunt certè & nostræ Ecclesiæ  
iampridem communem confessionem  
Basileæ primum ab Heluetiis compositā.  
Habent & aliam generalem, Tiguri po-  
stea conscriptam: quæ non solum ab o-  
mnibus Ecclesiis Christianis, quæ sunt in  
Heluetia

Heluetia, Rhetia, & confederatis prouin-  
ciis, vt Geneua &c. sed etiam ab iis quæ  
sunt in Belgio, in Gallia, Scotia, & maxi-  
ma parte Poloniae, Hungariae atq. Trans-  
sylvaniae diligenter examinata, approba-  
ta, & tandem etiam subscripta fuit. Neq.  
vlla est in doctrina controuersia inter  
Anglicanas Ecclesias, & eas omnes quæ  
hanc confessionem sunt amplexæ. Pleræ-  
que etiam ex suprà nominatis Ecclesiis  
recepérunt & vtuntur formula Catechi-  
sni, quam Caluinus pro Genevensi Ec-  
clesia conscripserat. Absit tamen vt vel  
vlla prædictarum confessionum, vel illa  
Catechesis, aliave huiusmodi scripta, à  
quoquā nostrūm obtrudantur cuiquam,  
pro Symbolo aut fidei regula. Sed sum-  
mis semper votis hoc vnum optauimus,  
optamusque adhuc, vt liceat omnia eius-  
modi scripta in œcumenica omnium Ec-  
clesiarum Christianarum synodo, liberè  
discutere (auditis omnibus qui contradic-  
cere cupiant) & tandem ex puro puto  
verbo Dei omnes controuersias dirimere,  
& ab omnibus receptam veritatis doctri-  
næ communi omnium consensu sta-  
bilire.

L.j.

Hæc igitur de auctoritate, inscriptione  
& præfatione huius libri dicenda  
& notanda visa sunt: Nunc ad tres  
illas propositas quæstiones acce-  
dimus.

Ac primùm quod ad noua dogmata,  
& veræ doctrinæ, quæ in nostris Ecclesiis  
inde ab initio prædicata est, cōtraria spe-  
ctat: hæc potissimum deprehendimus.

In tractatu seu cap. 1. De peccato ori-  
ginis, sectione seu art. 21. qui incipit in  
Gallica versione, Item quemadmodum  
Diuus Augustinus &c. scribunt (vti fo-  
nat Gallica versio) hominem naturaliter  
à patre & matre secundum corpus & se-  
cundum animam genitum in sua natura  
vniuersa, omnibusque facultatibus, ad  
summum esse corruptum.

Quibus verbis dogma de Traduce a-  
nimæ inuechunt in Ecclesiam: quod tamē  
haec tenus communiter à nulla receptum  
est, & quod nos minime recipiendum es-  
se existimamus.

Item in tractatu seu cap. 3. De iustitia  
fidei coram Deo (in 6. errore ab ipsis dam-  
nato sub finem ferè capitilis) statuant non  
solum Dei dona, sed & Deum ipsum in  
credentibus habitare: At nos cum vni-  
uersa

uersa Ecclesia docemus, Deum quidem sua essentia vbiique esse, nusquam autem habitare personaliter nisi in vnica Iesu Christi persona: secundum virtutem verò & efficaciam bonitatis suæ, quæ illi propria est, habitare duntaxat in sanctis.

Item in tit. seu cap. 4. De bonis operibus. sect. 17. & 19. volunt fidem & Spiritum sanctum prorsus amitti à fidelibus, quoties scienter ac voluntariè peccant. Nos verò docemus cum Apostolo veram fidem atque perseverantiā, quemadmodum & electionem, dona esse Dei ~~a uera-  
menta~~ in iis qui verè credunt, & ideo penitus amitti non posse, quamuis interrumpantur eorum effecta, illius vitio qui à tentatione vincitur.

In tract. 5. de Lege & Euangeliō confundunt ferè vbiique terrorem conscientiæ qui à lege proficiscitur, cum resipiscētia quæ cordis est conuersio, & à Spiritu Iesu Christi procedit, per Euangelij predicationem.

Sic etiam eiusdem cap. sect. 6. Vbi de pœnitentiæ significatione agitur, ita tribuunt spiritualem Legis expositionem, prædicationi Euangelij à Christo factæ, ut eam prorsus à Mosis ministerio exclu-

dant: Cùm constet eam legis explicatio-  
nem, quæ à Domino Iesu Christo est tra-  
dita, eandem esse cum ea, quam & Moïses  
ipse & prophetæ docuerunt. Neq. enim  
propriæ expositio illa ad ministerium E-  
uangelij pertinet: quanvis qui Euangeliū  
annuntiat, idem & legem prædicare de-  
beat.

In tract. de Cœna Domini cap. 7. sect.  
22. affirmant, in nullo neque veteris neq.  
noui testamenti sacramento Dominum  
vsum fuisse verbis figuratis: sed semper  
propriis & simplicibus. Hanc autem fal-  
sam propositionem, dum ad Cœnæ verba  
accommodant, & simplicem ac natura-  
lem singulorum verborum significatio-  
nem retineri debere contendunt, ipsi si-  
bi aliis in locis contradicunt. Alibi enim  
fateri coguntur, Prædicationem sacra-  
mentalem esse inusitatam, neque tamen  
figuratam. Quid hoc aliud est quam pu-  
gnantia scribere? An enim propriæ enun-  
tiationes inusitatæ sunt? An verò figura-  
tæ passim usitatæ?

Item quamvis nullum tropum, nullam  
horum verborum aliam quam simplicem  
expositionem agnoscant, aut ab aliis af-  
ferri patiantur: sibi tamen scribunt lice-  
re a-

re aliis enunciatis Christi verba expone-  
re, exemplo scripturæ quæ hanc pro-  
positionem Verbum caro factum est, aliter  
alibi enuntiat, ut Deum manifesta-  
tum fuisse in carne, item Assumpsisse car-  
nem. Sic ergo sibi licere pro Hoc est cor-  
pus meum, dicere In hoc vel cum hoc vel  
sub hoc (scilicet pane) est corpus meum.  
Quid hoc verò est si non est scripturæ au-  
thoritate abuti, & id ipsum agere quod  
in aliis ferre non possunt? Si tam clara  
sunt verba Christi, quid hac expositione  
indigent? Si naturalis est verborum signi-  
ficatio retinenda, cur à verbi substantiis  
naturali significatione recedunt? Esse e-  
nim aliquid, nonne aliud est quam esse  
cum aliquo, aut in aliquo, aut sub aliquo?  
Est ergo & hæc noua doctrina veteri Ec-  
clesiae incognita, & secum pugnans ac  
dissidens.

Et sect. 23. eiusdem cap. afferere audet  
tam tres Euangelistas quam Paulum in  
historia institutionis & distributionis Cœ-  
næ iisdem verbis & syllabis usus fuisse ab-  
sque illa vel expositione, vel mutatione.  
Quod ex contextus collatione falso con-  
vincitur. Vbi enim Matthæus simpliciter  
de corpore loquitur, ut & Marcus: Lucas

addit ad maiorem expressionem Quod pro vobis traditur & Paulus pro traditur habet frangitur. In porrectione item car-  
licis vtuntur aliis & quidem diuersissimis  
verbis, Lucas & Paulus, quam Matheus  
& Marcus. Vbi igitur illa verborū & syl-  
labarum identitas? In eodē cap. seu tract.  
sepe affirmant verum corpus Christi in  
sua naturali substantia, recipi & mandu-  
cari ore corporis. Item & ipsammet sub-  
stantiam ipfius sanguinis ore sumi & bi-  
bi. Vnde aliud absurdissimum colligunt,  
nempe hypocritas & indignos verè fie-  
ri participes veri corporis & sanguinis  
Christi, qua ratione Christi corpus à spi-  
ritu ipfius séparant & contradicunt ver-  
bis Christi qui ait, Qui comedit meam  
carnem & bibit meum sanguinem habet  
vitam eternam. Caro enim mea verè est  
cibus, &c.

Item alibi volunt verba institutionis  
Cœnæ Domini cantari in Ecclesia.

Item eodem tract. seet. 41. quæ incipit.  
An Deus plures modos, &c. affirmare au-  
dient, Deum efficere posse ut vnus idem  
que corpus, uno eodemque sit momento  
pluribus simul in locis: modo etiam cor-  
porali & sensibili. At nos fatemur qui-  
dem

dem Deum facere posse, ut corpus, desinat corpus esse & statim in nihilū abeat: Ut verò corpus (quod ex Dei decreto finitum est) dum corpus reuera est, & manet, pluribus locis simul esse possit, hoc est, sit infinitum, Id certè negamus Deū aut velle aut facere. Cùm enim finitum esse, & infinitum, sint ex diametro opposita, alterutrum falsò de eodem corpore dici necesse est: Deum autem falsa & pugnantia velle aut facere, non potest sine blasphemia affirmari.

*De Personalis unionē.*

**T**Oto porro tractatu, seu capite 8. de Persona Christi, nouum dogma configunt De hypostatica seu personali duarum naturarum in Christo unione, atq. (vt nos quidem certò existimamus) planè contrarium, tum sacræ scripturæ, tum doctrinæ à Christiana Ecclesia iam inde ab initio ad hæc usque tempora receptæ.

I **P**rimùm enim nomine personæ **I E S U C H R I S T U S** duas quidem naturas (nempe deitatem filij Dei, & humanitatem) in Christo unitas intelligunt: sed i-

L.iiiij.

ta ut nusquam exprimant hoc nomine hypostaseos, seu personæ ad naturam diuinam propriè referendum, & in ea sola considerandum esse, quia humanitas nō in se se sed in Diuitiitate subsistat.

2 Secundò non distinguunt inter proprietates essentiales naturę diuinę incommunicabiles (quales sunt eternum esse, infinitum esse, ac proinde ubique esse) & illas quarum effectus creaturis communicantur (quales sunt esse, vivere, bonum esse, fortē esse & similes) Quanuis enim propriè loquendo omnes Dei proprietates per se sint incomunicabiles, effecta tamen illarum (quae in nobis qualitates creatę dicuntur) incomunicabilia non sunt.

3 Tertiò abutuntur vocabulo communionis seu communicationis duarum naturarum: Cūm eius loco potius cōjunctionis seu vniōnis nomine uti debuerint propter harum locutionum abusum.

4 Quartò confundunt pariter proprietates essentiales naturę humānę (quae sunt finitum, corporum, circumscriptum, & proinde uno duntaxat loco esse) cum illis quae sunt accidentarię, ut sunt famere, sitire, pati, mori, &c.

5 Quin-

¶ Quintò nullam adhibent distinctionē inter hæc nomina, Deus & diuinitas: Homo & humanitas: Quæ tamen necessariò distinguenda sunt ut vitetur hæreses Nestorij & Eutychetis. Ita n. propositiones Filius Dei est homo : item, Hic homo est Filius Dei: verissimæ sunt aduersus Nestorium: Sicut & hæ Diuinitas non est humanitas, & contra Humanitas non est Diuinitas, veræ sunt aduersus Eutychen.

Sextò inducunt realem communicationem proprietatum essentialium diuinitatis in humanitatem: verbi gratia, esse eodem temporis momēto pluribus in locis: Item implere omnia: Et hanc vocant Maiestatem hominis Christi: qua volunt humanitatē Christi realiter (ut vocant) esse præsentem ubique vult.

Postremo etsi fateantur proprietates humanitatis, non communicari realiter (ut loquuntur) ipsi Diuinitati (qua in re illis assentimur) fateri tamen nolunt solā Iesu Christi humanitatem passam esse: Quæ tamē sunt ex diametro pugnantia. Ex hac autem personali seu hypostatica unione male intellecta, isti errores consequuntur:

\* D. Iesum Christum non solum se-

cundum Diuinitatem, sed & secundum suam humanitatem (quæ realiter sit omnium Diuinorum proprietatum particeps) esse ubique seu ubicunque vult, maximè verò in pane & vino Cœnæ Domini.

2. Et ex consequenti, Corpus & sanguinem D. Iesu Christi, sumi, manducari, ac bibi ore corporis, ab iis omnibus qui panem & vinum participant siue digni sint, siue indigni.

3. Item, eos qui Dominum Iesum essentialiter negant in Cœna, tam secundum ipsius humanitatem, quam secundum Diuinitatem praesenteim ubique esse, separare duas naturas. Quasi quicquid de persona dicitur in concreto, etiam & quidem necessario, de vtraque natura dici debeat in abstracto.

4. Unionem sacramentalem Corporis & sanguinis Christi cum pane & vino Cœne non pendere à sola Institutione, & mandato Domini, sed præcipue ab hac personali uione.

5. Glorificatione Humanitatis Christi ceperisse iam inde ab ipso conceptionis momento.

6. Omnia miracula à Christo facta manasse ab hac maiestate quæ humanita-

ti ipsius communicata est: atque unicam esse in Christo potentiam seu virtutem.

7 Articulum sessionis ad dexterā Patris, intelligendum de hac communicatione Maiestatis quæ à momento conceptionis cepit.

Item sub finem ferè huius tractatus, videntur assertere ipsam diuinitatem secundum suam essentiam, habitare vel habuisse in Petro quemadmodum & in Christo. In expositione autem articuli de Descenti Christi ad Inferos affirmant totam personam Dei & hominis Christi post sepulturā corporis, descendisse ad Inferos, quæ doctrina adeo noua est, ut haec nū in Ecclesia Dei nunquam fuerit auditæ.

In tractatu x de Ceremoniis, &c. Ordinationem Pastorum & Ministrorum Ecclesiæ ponunt inter res indifferentes: quam tamen constat legitimam non esse nisi ex verbo Dei reformatu & restituta obseruetur, & Pastores iuxta præscriptū à Deo ordinem eligantur.

Ibidem ordinationem vel confirmationem Pastorum & Ministrorum verbi ab Episcopis Papisticis (qui Euangeli doctrinam amplecti volent) factam, legitimam

esse, illisque ius ordinationis competere; etiam in Ecclesiis reformatis concedunt: quod certè nos probare non possumus, quum ij ipsi Episcopi, & plerique ab eis ordinati, sint ex veteribus ipsis canonib. purioribus, imò & à recentibus multis, in ordinate ordinati: adeò ut ne Papistica quidē ecclesia fuerit eos receptura si qua illic superesset vera ordinationū species.

### *De Prædestinatione.*

**I**N tractatu de Prædestinatione, confundunt vocabulum præscientiæ Dei, qua scilicet Deus scit nouitque omnia, cù nomine prouidentiæ, qua rectè iustéque decernit de omnibus.

Sic etiam candem prouidentiam Dei qua cuncta administrat cōfundunt cum ipsius prædestinatione, quæ proprie pertinet tum ad salutē Electorū, per Dei misericordiam, tum ad reliquorum condemnationem; ex iusto ipsius iudicio.

Non agnoscunt Deum (etsi malum, seu peccatum ex sola peccantis malitia oritur, ob quam iusta pœnas iurat) nihilominus iuste decernere quæcunq. & Diabolus & homo male agunt: Neque propterea

rea mali authorem vlo pacto existere.

Nec distingunt inter eternum Dei consilium (quod semper iustum est tam respectu Electorum, quam reproborum) eiusque executionem, quae a causis secundis pendet.

Vocationem, quae fit per Euagelij predicationem ita generale constituant ut ad singulos quoq. homines pertinere eam existimant: Cum potius indefinita censenda dicendaque sit, hoc est pertinere ad quoduis genus hominum duntaxat, non ad singula individua. Quae ipsorum doctrina manifeste pugnat cum iis que ipsimet scripsierunt & docuerunt hoc ipso libro in tractatione de peccato originis, & libero arbitrio.

Licet autem fateantur electionem non ad omnes pertinere, suspensum tamen electorem retinent de Dei consilio circa reprobationem, de qua ne verbo quidem meminerunt.

In summa toto hoc capite multa ab iustis dicuntur praeter modum ab Augusta na confessione prescriptum: multa a seip- sis admiscetur: & a Lutheri doctrina de predestinatione longissime recedunt. Denique locis sacrarum literarum sepiissime a-

butuntur & in alienum sensum detorquent: Errores omnino paucos accumulant, à nullis adhuc proditos: vt meritò dici possit, hanc tractationem minimè omnium esse Theologicam & cum sana Doctrina conuenientem, cuius ipsos autores pudere necesse fuerit, si coram legitimo cœtu rationem scriptorum suorum edere, sicuti in Ecclesia fieri consuevit, tenerentur, vt minimè profectò mirum sit, eos examen istud refugisse.

Atque hæc haetenus de noua doctrina toto hoc libro sparsa. Nunc de Condemnationibus huic scripto aduersus nos insertis.

Quamvis nemo nisi legitimè vocatus Iudicis officio fungi, iūsque tum absoluedi tum damnandi usurpare aut possit, aut débeat, nec authores huius scripti quicunque tandem illi sint, appareat usquam legitimè ad hoc munus vocatos: Quamvis item nulli iudici iure liceat quēquam dānare nisi prius legitimè vocatum, auditū atque conuictum, toto tamen hoc libro, doctrina quæ inde ab initio in aliis Ecclesiis recepta atque prædicata fuit, & cui ostendimus longè plurimas Nationes subscriptissimæ, magistrali supercilie, & summa qua-

quadam potestate atque autoritate dam-  
nantur; idque non sine atrocibus iniu-  
riis atque contumeliis. Quinetiam sub fi-  
nem præfationis, non solum apertè di-  
cunt, non esse recipiendam illam alia-  
rum Ecclesiarū doctrinam, sed addunt no-  
minatim partem errantem (id est, eos om-  
nes qui huic aliarum Ecclesiarum doctri-  
næ assentiuntur) nec posse, nec debere in  
Ecclesia ferri, ac ne excusatione quidem,  
aut ullo patrocinio dignam esse. Et alibi  
inter sectas & hæreses explosas atque dā-  
natas à veteri Ecclesia nostram doctri-  
nam ideo duntaxat recensent, quia cum  
ipsorum confessione non conueniat. Ut  
meritò in eos idipsum quod D. Luthe-  
rus in Pontificiorum condemnationes  
aduersus Vvicleuum & Ioannē Hus, cor-  
datissimè exclamat, torqueri possit. No-  
lo eos audire ( inquit Lutherus in Capti-  
uitate Babylonica) nec tantilli facere, qui “  
clamatuti sunt, Hoc est Vviclephisticum, “  
Hussiticum, hæreticum & contra Eccle-“  
siæ determinationem: & qui suas senten-“  
tias non alia re probare, nec contrarias a-“  
lia ratione improbare possunt, quàm dicē “  
do, Hoc est Vviclephisticū, Hussiticū, hære-“  
ticū. Hoc n. elumbē in summa semper na-“

rat saliuia. atque aliud nihil. Vbi si petas  
scripturam, dicūt, Nos sic sentimus, & Ec-  
clesia(id est nos ipsi) sic determinauit: A-  
deò homines reprobri circa fidem, & incre-  
dibiles, nobis sua phantasmata authorita-  
te Ecclesiae pro articulis fidei audent ob-  
trudere. Hęc Lutherus in pontificios per-  
uersos innocentium piorumque hominū  
censores, ac iniquos de doctrina ipsorum  
suaque iudices, quales certe isti sex in nos  
nostrāmq. doctrinā se esse, satis supēr q. tú  
aliás semper tú in hoc scripto prodiderūt.  
Quid enim frequentius ab ipsis auditur,  
quām hoc est Caluinicum, Zwingiani-  
cum, Sacramentarium, hereticū. At ve-  
rò satis ex superioribus constat quibus  
quantisque ipsi hæresibus sint contamina-  
ti, & non solum à nostris ( quos tanquam  
sacramentarios odiosè, sibique aduerfan-  
tes plenis buccis damnant, sine villa iusta  
causæ cognitione, sed authoritate plus  
quām pontificia, ne dicam Pharisaica) de-  
multis errorib. admoniti: sed & à suis ho-  
minib. qui Augustanā confessionē ample-  
ctuntur & quos de Caluinismo, vt ipsi vo-  
cant, suspectos habere non possunt. Te-  
stis est inter alia, Epistola ipsa Heshusij ad  
D.Chemnizium in qua ille desiderat se-  
riam

tiam tum in Iacobo Andrea , tum in Selenccero, tum in Crellio resipiscentiam & recantationem priusquam pro fratribus eos agnoscat . De Andrea Musculo quæ sit omnium piorum in Germania opinio, testantur aliorum scripta . En igitur quales habeantur isti censores & iudices inter suos. Taceo enim aliquotum de his iudicia à quibus meritò, ut nouatores & heretici taxantur. Habeant ergo ipsi D. ipsum Lutherum iudicem huius temeritatis , & audaciæ , qua non secus in nos feruntur quam olim Pontificij in Vviclephum' , & Hussium. Quomodo enim nō solum suos calamos, sed etiam Principum gladios & seueritatem in nostros acuere studeant, tum ex Brentij testamento , tum aliunde quoque constat . Et hunc librum omnes norunt fuisse ab ipsis scriptum non alio fine quam ut optimorum Principum (qui nostra nunquam cognoverunt) autoritate ad eos omnes proscribendos abutantur, qui non fuerint sexvirorum istorum tyrannidi assensi.

At si iustus hic esset defensionis locus, aduersus ipsorum criminaciones , quibus nos ut hereticos & sectarios apud omnes ordines traducunt : possemus meritò de

innocentia nostra non solum verbis gloriari : sed re ipsa ( Deo sit omnis hæc gloria) palam facere , quanta nobis fiat ab ipsis iniuria . Hoc certè ne ipsis quidem Pontificiis ignotū est , in nostris Ecclesiis quantumuis latè pateant & per varias Europæ regiones diffusæ sint , nullas hucvsque factas fuisse , nullum peregrinum dogma aut à præcipuis Cōfessionis nostræ caputibus dissidens , adhuc repertū summo Dei beneficio , qui puras illas sub tot crucibus hucvsque seruauit . Ut de illis omnibus quæ in Anglia , Scotia , Belgio , Germania , Heluetia , Polonia , Bohemia , Vngaria , Gallia denique , eandem atq . nos doctrinam variis confessionib . professæ sunt , verè illud usurpari possit , quod de Zwinglio & Oecolapadio D . Lutherus aliquā

Tom. 7.  
Vvite.  
§ 38. a.

“ do dixit . Hoc certū est ( inquit Lutherus )  
“ Zwinglium , & Oecolampadiū licet verbi dissonent , tamen de re idem sentire . Non posse autem istos de suarum Ecclesiarum tali concordia & puritate gloriari , hoc ipsum eorum scriptum manifeste testatur . In quo incautè sanè , & intempestituè proferunt & veluti velitant omnes cōtrouersias , & diuersissima dogmata , quæ in omnibus ferè doctrinæ capitib . in suis Eccle-

Ecclesiis adhuc reperiuntur. Hoc cine est Pontificiis os obstruere? quos nō ignorāt ipsi iam dudū exprobrasse (vtinam non tam verè, quām inuidiosè) Nullas usquam Ecclesiis magis nūc de fidei doctrina dissentientes reperi quām eas quæ ab uno architecto Lutherò fundatæ, in tot sectas dissextæ, se mutuo conficiunt miserèque proscindunt. Satius foret igitur istas controversias silentio consopitas, quām hoc libro vulgatas, vt solis Sacramentariis maior conflaretur inuidia, quos præcipue in hoc libro exagitant, & temere multa illis falso impingunt.

Nam (vt tandem præcipuas ipsorum columnas toto hoc libro sparsas recensemus) præter illas generales condemnationes quas suprà attigimus: initio fere capitulo de Cœna Domini, nostram de ea confessionem & sententiam, perniciosissimum errorem & verbo Dei penitus repugnantem, ac sæpe damnatum pronuntiare audient: quamvis nulla unquam ad eam examinandam aut conuincendam, legitima cognitio habita, aut Ecclesiastica Synodus coacta adhuc fuerit.

Eandem alibi sæpe condemnationem repetunt, & quidem verbis multò atrocioribus.

ribus. ut sect. 31. quæ incipit Quamobrem omnes orthodoxi &c. & sect. 228, 230, & 232. Vbi nos quidē hisce iniuriis proscindunt, ut nos vocent Sacramentarios, hæreticos, phreneticos, venenosos, perniciosos, stupidos, verueces, fantasticos, Doctrinam autem nostram errorē perniciosum falsum, erroneum, decipiens, &c.

Vt autem constet de fundamēto, quo istiusmodi Magistrales condemnationes nituntur, prēterquam quod omnes quibus ipsorum opinione non probantur, pro hæreticis habent: istas insuper calumnias nobis imponunt.

Primū initio tractatus de Cœna Domini. sect. 1. & 4. dicūt Nostras ecclesiās statim ab initio secessisse ac fēse segregasse à Theologis Confessionis Augustanæ, non secus acī separatam ab illis Religionem colere instituissimus, nihilque eorū probaremus, quę Confessione illorum contingerentur. Quod certè tam est à vero alienum, ut pauca sint in ea confessione quæ ad amissim verbi Dei examinata nostri non facile omni tempore recipere & probare parati fuissent; si ad illam non accessissent tot variæ ac dissidentes ipsorū interpretationes.

Deinde

Deinde sect. 2. & 49, eiusdem tractatus falso nos accusant, quasi Corpus Domini nostri Iesu Christi à sacra ipsius Cœna prorsus secludamus, quia dicimus illud, iā nō in terris esse corporaliter, sed in cælo.

Eadem item sect. 2. & 6. calumniosè dicunt nos non plus tribuere communicationi Christi, quæ fit per sacramentorum distributionem, quām illi quæ fit sola nudaque verbi prædicatione.

Item sect. eadem & sect. 43 & 50. Arguant nos (sed perperā) quod doceamus in Cœna Domini ore nihil aliud recipi quām panem & vinum: quasi nullum constituantur discriben inter panem & vinum quæ sacramenta sunt, & panem ac vinum commune.

Ibidem & sect. 44. ac 45. Causantur nos (perinde ac Anabaptistas) docere sacramenta nihil esse aliud quām externas notas, & tesseras, quibus Christiani ab infidelibus distinguuntur: quod nullies à nobis refutatum est.

Item nos statuere Christū in sacra Cœna secundum diuinā tantum naturā presentem esse: & per communicationem (vt aiunt) Idiomatum: de quo dogmate nunquam cogitauimus.

Item sect. 24. & 44. falso afferunt, Nos docere, quod in sacra Cœna non fiamus participes veri corporis Christi, sed tantum ac simpliciter virtutis ipsius, energie, meriti, & efficacie: Quasi vero idcirco separemus virtutem atque meritum Christi ab ipso Christo, ita ut alterius sine altero dicamus nos fieri participes, quod substantiam Christi negemus nostræ agglutinari, aut Christū aliter quam fide percipi.

Item, sect. 3. quod doceamus, Nos non communicare in Cœna, nisi symbolo corporis Christi.

Item, alibi sect. 22. imponunt nobis quasi dicamus Panem ipsum Cœnæ metonymice sumi pro cibo spirituali animarum, non pro vero pane naturali.

Item sect. 37. Quod panis & vinum Cœnæ sint sacramenta virtute fidei nostræ, non autem virtute institutionis Iesu Christi, aut omnipotentiæ ipsius.

Item sect. 43. & 44. Quod panis & & vini sint signa absentis Christi à Cœna sua, quod oquidē dicimus corp' Iesu Christi in cœlo esse, panē vero & vinū in terra. Quæ consecutio tam est valida, ac si quis diceret, Caput à pedibus separatum esse, quia non sit caput eodem loco quo pedes.

Item eadem sectione fingunt nos affe-

rete, fidem discedere à Cœna, quia dicimus eam à signis sese in cœlos attollere: quamuis & ipsi canant Sursum corda.

Item sect. 45. accusant nos falsi, quod perfidè & malitiosè locum illum, A&t. 3. (Oportet Christum cœlo capi usque ad tempora restitutionis omnium) corruptrimus, quum ipsis inficiari non possint, verum esse Christi corpus ac proinde in cœlis capi, id est, secundum veri corporis modum ibi contineri.

Item sect. 47. dicunt nos omittere verba institutionis in celebratione Cœnæ: Quod putidissimum mendacium & nostris liturgiis, & hominum myriadibus convinci potest.

Atque ut hanc doctrinam impiam, & in sacramentum corporis Christi blasphemam, esse probent, subinde Lutheri autoritatem proferunt qui eam pro tali habuit, & ad ipsius scripta nos relegant: Quasi nobis non perinde liceret à Lutheri scriptis ad nostrorum Doctorum scripta eos reuocare, si humana autoritate fidem nostram stabilire & confirmare sufficeret. Cæterum etsi de Luthero (yt supra dictum est) id sentimus, quod de excellente Dei organo, hominem tamen eū

fuisse & aliorū quoque Doctorum Ecclesiæ iudiciis subiectum, ipse met, si superstes esset, non negaret. Sed & illud res ipsa clamat eum æstu & ardore disputationū extra metas nonnūquam fuisse abruptū. Verumtamen istis condemnationibus & criminacionibus Lutheri opponi etiam possunt multæ aliæ præclaræ ipsius sententiæ, à nostra doctrina non ita alienæ. Nam quod isti in nobis reprehendunt dum dicimus cum Augustino, modo loquendi sacramentali, nomen rei significatè signo tribui: Ut panis dicatur corpus Christi quia sit sacramentum, id est sacrum signum corporis Christi: Hoc ipsum Lutherus quoq. fatetur in suis ad cap. 6. Esaïæ commentariis: Vbi dicit Propheta se vidisse  
“ Dominum, cùm tamē (inquit Lutherus)  
“ non nisi in visione viderit: Et tamen ap-  
“ pellat id quod in visione vidit Dominū.  
“ Et ut species Domini, & Dominus, figu-  
“ ra sermonis, rectè pro eodem accipiūtur:  
“ sic corpus Domini, & panis Domini, pro  
vno accipiuntur. Quid potuit dici ma-  
gis perspicue, ad confirmandam no-  
strā sententiam, qua dicimus figura-  
tam esse locutionem in verbis Domini?  
Simile est & illud quod isti Theologi tan-  
topere exagitant, dum dicimus ita distin-

guendum esse signum à re sacramenti, vt  
non statim consequatur, quòd quicunq.  
sumit signum, fiat etiam particeps rei si-  
gnatæ. Infideles enim tantum sumere pa-  
nem non corpus. Hoc etiam faretur &  
Lutherus dum scribit Tom 2. pag. 31. b.  
Turpissimum fœdissimumque est oppro-  
brium, vel vnum inueniri Episcopum,  
qui nesciat sacramentum à corpore Chri-  
sti distingue, quæ sic differunt, vt nec  
oriens nec occidens tāto distinguantur.  
Item Tom. 7. f. 4. 12. Vtile est, inquit, &  
bonum superbos & impios conuictato-  
res ita separari, vt à participatione sacro-  
sanctæ C. xna arceantur, & se iungantur:  
Nam sanctum non est dandum canibus,  
neque margaritæ porcis proiiciendæ. Et  
paulò post (quod tamen immerito in nos  
detorquet.) Quare cùm sacramentarij  
credant tantum panem, & vinum ibi a-  
desse, certum est rem, fidei suæ responde-  
re, nihilque amplius adesse quam quod  
credunt. Meruimus igitur panem & vinum  
sumunt, & corpore Domini neque spiri-  
tualiter, neque carnaliter fruuntur. Et  
hoc quidem utile bonumque censi de-  
bet, quòd noster ille thesaurus ad indi-  
gnos non dispergatur; sed integer, & san-

» etus in Cœna reconditus conseruetur.  
Hæc Lutherus, quibus manifestè com-  
probat nostram de indignorum mandu-  
catione sententiam, sicut etiam ab initio  
in lib. de captiuitate Babylonica scripsit  
rectissimè, Dominum Cœnam instituen-  
do, hæredes eos instituisse corporis & san-  
guinis sui, qui acceptant, & credunt pro-  
missioni testatoris. fides enim hic hære-  
des facit: Et postea addit: Si promissio est  
(ut dictum est) nullis operibus, nullis vi-  
ribus, nullis meritis ad eam acceditur, sed  
sola fide. Vbi enim est verbum promis-  
tentis, ibi necessaria est fides acceptantis  
&c. Quid potuit clarus dici in nostræ  
causæ (quam censores isti condemnant)  
patrocinium? Quod si isti repudient, &  
ex aliis locis Lutheri agere in nos non  
desinant, concilient prius istas Lutheri  
antinomias: desinant denique se eius v-  
nius autoritate tueri, & nos damnare.  
Sed ut ad reliquos errores redeamus  
quos isti nobis immerito ascribunt: Ea-  
dem fide initio capit is de Persona Christi  
culpam controvæsiæ & disputationis de-  
Vbiuitate sua monstrosa, in Zwingliū  
& doctores nostræ confessionis transfer-  
re conantur. Neque enim nostra doctri-  
na de

na de Humana natura & veri ac natura-  
lis corporis Christi in cœlum ascensi:  
(quæ sacris literis consentanea est) cauſa  
fuit, ut iſti inuehēre monſtrum illud Vbi-  
quitatis cogerentur, ſed potius falſa ipſo  
rum theſis de praefentia corporali & ora-  
li ſumptione corporis Christi realis in,  
ſub & cum pane, quam mordicus retine-  
re ac tueri quo iure quāve iniuria conſi-  
tuerunt, in cauſa fuit cur deficiuerint non  
ſolum ab omnibus aliis Auguſtanæ con-  
fessionis ſociis, verū etiam ab omnibus  
Eccleſiis quoq[ue] vñquam in tototerra-  
rum orbe Christianismum ſunt profeſ-  
ſæ. In quibus nemo repertus eſt (iſtis vñis  
exceptis) qui errorem iſtum Vbiuitatis  
impiissimum, & toti primitiue Eccleſiæ  
ignotum, non fit deteſtatus. Adeò ut hæc  
ſit prima ipſorū valde impudens calum-  
nia, qua nos in hoc capite doctrinæ de  
Persona Christi eiūſque maiestate, gra-  
uiare nituntur.

Addunt autem poſtea etiam alias,  
non minius falſas: Ut quum initio eiuf-  
dem tractatus dicere & inferre audent:  
Nos, quia ex verbo Dei docemus pro-  
prietates eſſentiales Diuinitatis (qua-  
rum nulla Creatura capax eſſe potest)

non posse tribui Humanitati Christi,  
quod alioqui Natura eius humana esse  
desineret: propterea inquam dicunt nos ne-  
gare Maiestatem humanæ ipsius naturæ  
a Diuinitate acceptam, cum Huma-  
nitati ad omnem plenitudinem (longè  
alio modo, & supra quam cum aliis vllis  
creaturis) Diuinitas unita sit.

Itē, quia dicimus ea quæ propria sunt,  
& essentialia humanitatis, humanitati es-  
se tribuenda, ut & illa quæ propria sunt  
& essentialia Diuinitatis Diuinitati (quāuis  
modo illo loquendi qui vocatur à Theol.  
~~non via id iungitur~~, vel Allœosis in concre-  
to (at non in abstracto) fiat ut vel ea quæ  
sunt propria Dei, tribuantur homini, ve-  
luti quām dicitur filius hominis fuisse in  
celo, et si Nicodemum alloqueretur in-  
terior, vel quæ sunt hominis Deo, ut quā  
dicitur Deus glorię fuisse crucifixus) di-  
cunt nos non toti personæ Christi tribue-  
re, ea quæ vnius tantum sunt nature pro-  
pria, & ita diuidere personam.

Hęc sunt pręcipua argumenta quibus  
putant nos iam de hisce erroribus  
conuictos, meritò pro hereticis es-  
se damnados. At prius iusto iudi-  
cio

cio & examine discutiendum fuit,  
 An ita vt ipſi putat ſentiamus, quod  
 longiſſime à nobis abeſſe, Deum  
 & homines teſtamur: Deinde an  
 errores, aut hēreſes ſint que ipſi  
 pro hēreſibus & erroribus nobis im-  
 putant. Nec fuit tam temere falſis  
 tot piaſum & celebrium Eccleſia-  
 rum condenmationib. indulgedū.

**N**Vnc verò ad tertium & vltimū ca-  
 put veniendum eſt, quo queritur:  
 An hoc ſcriptum probè cùm Auguſtana  
 confeſſione conueniat, & iisdem (vt eius  
 authores iactant) fundamen‐tis nitatur.

Et autem luce meridiana clarius, & fa-  
 tis ex nouis dogmatibus quæ ſupra à no-  
 bis commemorata, & ex hoc libro colle-  
 ñta ſunt, probatum, abuti iſtos ſex Theo-  
 logos non ſolum authoritate, & nomine  
 Auguſtanæ confeſſionis atque Apolo-  
 gie, ſed & ſcriptis ipſius D. Lutheri, que  
 toties citant tanquam authorem omniū  
 ſuorum dogmatum: cuiq. plus tribuunt,  
 quam ipſe ſibi vñquā arrogare aufus fit,  
 idq. vt audacius aliis omnib. Eccleſiis que  
 cunque volent præſcribant, & veluti ex  
 Tripode aliqua pronuntient.

Id verò à nobis non fingi aut falsò illis imponi, ex ipsius D. Lutheri testimonio, patebit & ex collatione sincera aliquot capitum doctrinæ ipsorum cum Augusta na confessione.

Ac primùm quidem neque Confessio Augustana neque eius Apologia, de orali corporis Christi mandatione ullam mentionem continent: sed loquuntur tantum de vera ipsius corporis in Cœna Domini præsentia, distributione & per ceptione. Quæ nos (modò sincerè & iuxta fiduci analogiam, & sacramentales locu tiones, intelligantur) nunquam negauimus, ac ne nunc quidem negamus. Quan uis autem D. Lutherus de ea orali man datione, multa in polemicis suis scri ptis odiosè satis & vehementius certè quām tantum virum decuit, in nostros scripserit: tamen eam doctrinam ex Au gustana confessione, aut eius Apologia probare isti non possunt: Et scimus quām D. Lutherus ipse suo huic dogmati authoritatis tribuēdum sentiat. Sic enim ille de se scribit sub finem libri de captiu itate Babylonica, in quo multa certè mo destiūs de hoc dogma te tradidit, quām postea vbi contentionibus exacerbatus bileni

bilem continere non potuit: Finē, inquit, hīc faciam huius præludij, quod piis omnibus qui sinceram scripturæ intelligentiam germanumque sacramentorum vnum desiderant nosse, libens & gaudens offero. Est enim non parui momenti dominum, nosse ea quæ nobis data sunt, vt i. Cor. 2. dicitur, & qua ratione donatis uti oporteat. Hoc enim spiritus iudicio instructi non fallaciter innitemur iis que secundus habent. Has duas res cū nobis Theologi nostri nusquam dederint, quin velut data opera obscurarint, ego si non dedi, certè id feci ne obscurarem, & aliis occasione mēliorā cogitandi. Conatus meus saltē fuit ut exhiberem vtrumque: non tamen omnia possumus omnes. Ex quibus rursus apparet non solum suam conditionem, & mediocritatē modestē D. Lutherum agnouisse, sed nullis etiam præscribere in doctrina Cœnæ Domini voluisse, ut suam opinionē moribus retinerent: meliora enim fatetur posse ab aliis afferri, quæ ipse videre aut præstare non potuerit. Idem de se suisq. aliis & quidem postremis scriptis iudicium fieri cupit in præfatione suorum operum. hæc enim sunt ipsius verba: Ante

„ omnia oro pium lectorē , & oro propter  
„ Dominum nostrum Iesum Christum, vt  
„ ista legat cum iudicio, immo cum multa mi-  
„ seratione , & sciat me aliquando fuisse  
„ monachum, &c. Quæ est igitur hæc mo-  
destiæ ipsius inusta nota, cum vel omnes  
Ecclesiæ ad huius vnius scripta isti alliga-  
re contendunt , vel quicquid iste sensit,  
pro oraculo haberri volunt, adeò ut ne hi-  
scere quidem contra liceat : omniāque  
aliorum scripta ad huius sententiam re-  
uocare, et si nihil eiusmodi contineant?  
Inde igitur apparet primū, hoc dogma  
de orali mandatione, nullum habere  
in Confessione, aut eius Apologia funda-  
mentum, ac proinde condemnationes in  
nos hoc scripto effusas, horum scriptorū  
authoritate minimè niti.

Idem & de dogmate de Maiestate Cor-  
poris Christi (qualem isti ut suam illam  
monstrosam Ubiquitatem stabiliant, to-  
to hoc libro astruunt contra veteris Ec-  
clesiæ, & omnium piorum & Orthodo-  
xorū sententias) dici meritò potest. Nā  
de his duobus capitibus neque Augusta-  
na Confessio, neque eius Apologia vñquā  
articulis Smalcaldicis , nullam fuisse tum  
tem-

temporis inter Euangelicas Ecclesias, & Pontificios de his capitibus (scilicet de Deo & de persona Christi) controuersia, quia ab vtraque parte idem sentirent & confiterentur omnes. Qualis autem fuerit semper Ecclesiæ Rominae (quamuis in plerisque aliis doctrinæ Christianæ capitibus, corruptissimæ) in hoc dogmate sententia, non est difficile ex ipsorum scriptis colligere. Et maximè ex thesibus optimis aduersus Iacobi Andreae Theses scriptis de Maiestate hominis Christi: quæ sane Orthodoxam resipiunt omnino, & puram veterum Patrum doctrinam, de duabus in Christo naturis, ut ipsos appareat sententiam hac in parte numquam mutasse & ab Ubiquitatis doctrina (quam isti nunc inueniunt) semper fuisse alienissimos. Adeo ut hinc manifestè constet, vel D. Lutheri ipsius testimonio, nouam, & confessioni Augustinæ prorsus aduersam esse hanc istorum opinionem. Si enim cum hæc confessio exhiberetur, Pontificij olfecissent istud monstrum à Theologis Augustini ali, non utique dissimulassent: Nec Lutherus Ecclesiarum nomine scripsisset, doctrinam de persona Christi nihil habere apud utrosque controv.

N.j.

uersiæ, sed saluam & integrum illam apud Papistas mansisse. Quia tamen sex isti Theologi hoc maxime agunt ut persuadeant se hanc doctrinam ex Lutheri scriptis hausisse, dissimulandum non est quid ab initio in suis Postillis Lutherus de duabus in Christo naturis earumque proprietatibus ingenuè senserit, confessusque sit, In Concione igitur de natali Domini hæc ipsius verba leguntur:

„ IN TEMPESTIVAM quidam enarrationem adferunt, dicentes: Filius nescit, id est, non vult scire. Christus verus homo fuit, quare ut alius purus, sed sanctus, homo, non quolibet tempore cogitauit, dixit, voluit, intellexit omnia: sicut imperiti quidam omnipotentem ex eo hominem faciunt, permiscentes duas naturas, atque opera earum parum prudenter. Sic enim non quolibet tempore omnia vidit, audiuit, atque sensit: Ita etiam corde non omnia semper agnouit, sed quantum eum duxit ac docuit Dominus.  
 „ Videmus scripturam multò dexterius & explicatiū de Christo loqui, quam nos soleamus. Pulchram personam cum natura iungit, ac rursus naturas nequaquam confundit. Ut pauci sint (quod debemus humanis

manis commentis, quibus ætatem nostrā  
attriuimus, & ingenium corrupimus) qui  
id percipient, ut ipse profectò persæpe in  
his & similibus locis errauerim, & nature  
tribuerim quod competit personæ, &  
contrà.

En candidum & apertum Lutheri te-  
stimonium, quo & quid de duabus Chri-  
sti naturis sentiendum sit ex scripturis,  
& quomodo ipse sæpe in his distinguen-  
dis errauerit ingenuè fatetur. Sic etiam  
alibi aperte monet de Ubiquitate in hæc  
verba: De Ubiquitate, inquit, non est di-  
sputandum; neque scholastici Doctores  
quicquam hac de retradiderunt. Quin  
obsequntur igitur huic præceptoris sui  
admonitioni boni isti discipuli, potius  
quam ut hoc nouum dogma illi affingen-  
do, turbas tantas excitent? Cur Eccle-  
siarum pacem quam tantopere optare se  
simulant, silentio suo potius non redi-  
munt? Scimus quid ad hoc ultimum Lu-  
theri testimonium eludendum alicui re-  
sponderit Iacobus Andreas cùm illi in  
priuato colloquio obiiceretur: nempe a-  
dicta fuisse hæc verba à Philippo Melan-  
thonie, in Tomis Wittembergicis. Verum

N.ij.

arguunt hominis versutum responsum  
Ienensis exemplaria Colloquii Maulbru-  
nensis iampridem edita, in quibus ea-  
dem verba leguntur. Ex his igitur satis li-  
quet, doctrinam hanc de Maiestate cor-  
poris Christi, realique communicatione  
proprietatum essentialium diuinæ natu-  
ræ in humanam, itemq. Vbiq' uitatis do-  
gma pro quibus in hoc scripto maximè  
laborant hi Theologi; nullò confessionis  
Augustanæ p̄ti testimonio, ac ne cogniti-  
tum quidem eo tempore à quoquam fui-  
ſe. Itaque nouatores potius, quam veteri-  
ris doctrinæ assertores, meritò dicendi  
funt. Quod ex plerisque etiam aliis supra  
à nobis notatis capitibus apparet. Vbi e-  
nim habetur in Confessione, aut Apolo-  
gia, Infantium animas à parentibus non  
minus quam corpora generari. Item vo-  
cationem quæ sit per Euangelij prædica-  
tionem vniuersalem esse, & ad singulos  
homines pertinere. Quod item de libero  
arbitrio tradunt, in rebus maximè exter-  
nis, nonne apertè pugnat cum iis quæ  
scribit Lutherus in cap. x. Ieremia quæ  
sichabent ad illud Scio D'omine quia nō  
,, est hominis via eius? Si cumentus, inquit, re-  
rum

rum istarum non est in manu nostra, quæ sunt temporales, & in quibus homo dominus constituitur, Obsecro quomodo erit in manu nostra, res illa cœlestis, Gratia scilicet Dei, quæ à solius Dei arbitrio pendet? An liberi arbitrij conatus, potest salutem æternā obtinere, qui non potest obolum, imò ne pilum capitis retinere? Et in eodem libro sequitur postea: Liberum arbitrium esse planè Diuinum non men, nec ylli posse competere, quam soli diuinæ Maiestati: Ea enim potest & facit (vt Psal. canit) omnia quæ vult in cœlo, & in terra. Quod si hominibus tribuitur, nihil id sit rectius, quam si illis Diuinitas tribueretur: quo sacrilegio nullum maius esse possit. Proinde Theologorum erat hoc vocabulo abstinere. Hæc D. Lutherus. Ipsa quoque Confessio Augustana hac in parte Actiones politicas & ad hanc vitam pertinentes gubernationi Dei subiicit, & Augustini sententiam laudat, quæ dixit: Omnia bona quæ ad vitam præsentem pertinent, non sine Diuina gubernatione subsistere, imò ex Deo & per ipsum esse & esse cœpisse. Neque in hoc dogmate igitur istis planè vel cum Confess.

sione Augustana , vel cum Lutherò conuenit: Quemadmodum nec in illis quæ de Prædestinatione ab istis asserti , suprà notatum. Quinimo ex Commentariis & Locis communib. Melancthonis (quin quennio ante Confessionem, ex consensu Lutheri editis) apparere potest, nostrâ doctrinam de prædestinatione communiter & expressè fuisse tum temporis receptam, & probatam. Eiusmodi igitur dogmata peregrina, apparet non esse ex confessionis Augustanæ formula de prompta, sed noua additamenta fucoso interpretationis titulo ornata . Quæ tamen si propter Lutheri vnius authoritatem ito- bis importunius obtrudantur : licebit haud dubiè nobis aliorum contra sentientium expositiones, istis opponere: atque etiam in plerisq. à Lutherò irato ad Lutherum pacatum appellare: & in aliis etiam à discipulis ad magistrum prouocare, à cuius doctrina isti sçepenumero longissimè discedunt. Ut exempli gratia quæ isti de descensu Christi ad inferos suo scripro inferuerunt recipiūt quidem ea quæ Lutherus ex Papistarum scholis in cione quadam Torgæ declamauit. Tum enim

enim exprimunt totam personam Christi secundum utramque naturam ad infernos descendisse: At alibi fatetur Lutherus plurimis in locis, se hunc articulum non intelligere neque quicquam de eo vel apud se certi constituere, vel alias cōfidenter docere posse. Hic igitur non satis sibi constat praeceptor, quem discipuli per aavia sequuntur. Alibi verò contra praeceptoris authoritatem (in cuius tamen verba volunt omnes sicut exceptione iurare) quædam probant, quæ ille improbat. Ut cùm in tractatu de iustitia fidei, Diui Iacobi Epistolam pro Canonica scriptura agnoscunt, & ex illa doctrinam fideli illustrari, & confirmari contendunt: cùm Lutherus plerisque in locis (ac præcipue ad 22. cap. Genesios) illius autoritatem eleuet & quasi irrideat dum ait male concludere Iacobum, immo Iacobum delirare & cum Iacobo suo facessete iubet eos qui eius autoritate n̄i tuntur.

Ex his igitur patet falsum esse fundatum, & autoritatem quam ex Augustana Confessione & Apologia, item, ex scriptis Lutheri huic suo scripto substernunt: cùm plurima sint de nouo ab ip-

N.iiij.

sis excogitata, & pro arbitrio adiecta, multa etiam illis contraria: alia depravata & in contrarium sensum detorta. quod ex eorum maximè scriptis apparet, qui tum Confessionem, tum Apologiam scripserunt.

Neque hoc silentio preterire possumus (ut constet quantum autoritatis tribuere tam ipsi confessioni, quam Apologiae eius conueniat) palam esse, ex D. Philippo Melanthonis (a quo utraque conscripta est) Epistola ad Lutherum Norimbergæ scripta & Vitræmbergæ excusa: Non fuisse ab initio, vel Confessionem; vel Apologiam, eò compositam atque editam, nec certa & immota ac generalis offendit omnibus, totius Religionis ac fidei Christianæ Regula & fundamentum: sed ut instar iusta defensionis Cæsari aduersus Pontificiorum calumnias exhibentur: qui Germanicas Ecclesias, tum primum renascentes, tamquam impias & hereticas variis scriptis & vociferationibus damnabant: easque omnibus ordinibus ordinibus exosas reddere conabantur. Sic enim ille scribit (tam de confessione quam Apologia loquens) Vellem percur-

risse Articulos fidei. In quibus si nihil  
putaueris esse vitij, reliqua vtcunque tra  
stabimus. Subinde enim mutandi sunt, at  
que ad occasiones accommodandi. Et in  
alia Epistola ad quendam amicum ista le  
guntur: Ego conatus sum eam senten-  
tiam in Apologia explicare: sed ibi pro-  
pter aduersariorum calumnias, non sic lo  
qui licet, ut nunc coram loquor, & re ipsa  
idem dico. Nonne ergo Philippus ipse te  
stis erit idoneus suorum scriptorū, quo-  
modo scilicet, & in quem finem ab ipso  
scripti fuerint?

Ex hoc ergo testimonio, ad superiores  
firmissimas rationes addito, duorum suis ne  
cessariò concludimus. Primum huius libri  
authores, nullum habere vel ex Confes-  
sione Augustana, vel ex eius Apologia  
fundamentum, in præcipuis illis doctri-  
næ capitibus, in quibus nos tanquam hæ  
reticos condemnant. Secundò cùm  
tam Confessio quam Apologia adeo va-  
riè ab illis ipsis exponantur à quibus fue-  
runt conscriptæ: neutram vel posse, vel  
debere pro certa fidei Regula & Norma  
aut præscribi aut agnoscere: ex qua omnia  
controverfa dogmata decidi legitimè pos-

sint. Sed contrā subiiciendā esse vtrāque  
(non secus ac reliqua omnia utriusque  
partis scripta) examini verbi Dei, vt secun-  
dum illud in cœcumenico sancto, ac legi-  
timo aliquo coruenti, iudicium de illis  
omnibus fiat.


In summa, quod ad authores huius  
libri spectat, qui tantopere confessionis  
& Apologiæ autoritatem prædicant, vr-  
gent & nobis obiiciunt, hoc postremò ad  
dère cogimus non sincerè ac cordatè ab  
ipsis, sed malitiosè & per inuidiam sum-  
mā inquit ingratitudinem fieri, quod Phi-  
lippi Melanthonis nomen in hac tota  
scriptione suppressum est, quum præcipuum  
ille in Apologia & confessione conscri-  
benda operam nauauerit, & ideo doctrinæ  
in eis comprehensæ certiorem cogni-  
tionem & intelligentiam habuerit præ o-  
mnibus. Quum denique vir ille nō solùm  
de Ecclesiis omnibus, sed & de literis tam  
Divinis quam humanis, apud omnes gen-  
tes, & Nationes, optimè sit meritus, quæ  
iusta causa fuit his sex Theologis, vt eius  
ne minimam quidem mentionē toto hoc  
libro fecerint, nisi impia in communē pa-  
rentem ingratitudo, & maleuola quædā  
etiam


etiam in mortuum inuidia? Alibi enim non dissimulant odium. At longè aliud fuit D. Lutheri de hoc summo viro iudicium cum quo in fine usque iucundam, gratam atque indelebilem amicitiam & familiaritatem coluit: Cuius encomium etiam (aduersus omnes ingratos discipulos) nunquam oblitterandum in prefatione omnium operum suorum sculpere, & ad posteros in omne ævum transmittere voluit. Hæc enim sunt postrema eius encomij verba: *Quod operatus sit Dominus per hoc organum (Philippum scilicet) nō in literis tantum, sed in Theologia satis testantur eius opera, etiamsi irascatur Satā, & omnes eius squamæ.*


Quos per squamas Satanae intelligere voluerit Luther<sup>o</sup>, viderint isti, piissimi huius & eruditissimi nec unquam satis laudati viri, inuidi obtrectatores: quorum hoc scriptum vel hac unica de causa, suspicunt piis omnibus esse debet.

Habetis nostrum integrum de hoc scripto iudicium. Quod ut à nobis denegari iustis vestris precibus non debuit: ita te stari possumus bona conscientia nos hæc collegisse, ac demum etiam vulgasse, ut in

firmis conscientiis (quas isti, ad subscriptionē importunius vrgēndo, mirum in modum turbant) quantū in nobis est consulamus. facile enim his perfectis intelligere poterunt omnes quicunque, adhuc micam sani iudicij retinent, nec ab istis fascinati sunt: non solum non esse puram & sinceram hōrum Theologorum doctrinam: sed etiam maximum impendere omnibus Ecclesiis periculum, imo certam perniciem, nisi istorum cōsiliis opportune obuiam eatur: & totus hic liber mandato & autoritate piorum Principiū sup primatur, nec illi patientur à suis Doctribus & Pastoribus subscribi, nisi prius cōmuni omnium Ecclesiarum, quarum principiū interest, consilio atque consensu liberò, examinatus & approbatus fuerit. Quod ad vos attinet, habetis exēpla quæ sequamini, earum scilicet Ecclesiarū quæ liberè & strenuè subscriptionem illis denegarūt: inter quas etiam quædam sunt, de quibus isti Theologi longè aliud expectabant. Valete in Domino.







OCN 66937976